¶ Logicam utilem eſſe eſt quid præcognitum in logica ergo non eſt queſitum, probo minorem ſupponendo dictum Ar. 7. meth. 23. & 6. ethi. 8. finis debet eſſe præcognitus non inquiſitus, Medicus non inquirit an ſanitas ſit introducenda ſed præconcipit ſanitatem, ſed logicæ finis eſt utilem eſſe ad alias ſcientias ergo eſt quid præcognitum, probo mino: per Ar. primo topico. cap. primo, & per Ariſto. 2. met: modum ſciendi appellauit dans intelligere finem eſſe adminiculari alias artes & ſcientias.

Tertia rō ¶ Tertio Arguo & præſuppono duo, dictum Auer. 1. cæli. 4. q̄ ſcire eſt præcognitum in logica. 2. eſt q̄ utilitas logices eſt inſtrumentari ad alias ſciētias (ut infra abundius dicemus) tunc hoc ſtante arguo ſcire præcōcipitur in logica. ergo logicam utilem eſſe præconcipit in logica, probo conſequentiam per ſecundum ſuppoſitum quia ſcire non præconciperet ſupponeret logicā adminiculari ad ipſum ſcire hoc de ſe notū, tn̄ ex. 8 tex. primi poſt. poteſt intelligi ubi definiunt demonſtrationē q̄ ſit ſyllo. adminiculās ſcire, ecce q̄ ap poſuit finem ad quem inſtrumenta in logica tradita diriguntur.

Quarta ratio. ¶ Quarto Arguo, & ſuppono unū q̄ utilitas eſt unū de illis

de illis otto quæ in arte pertractari debent ut Auerrœ in prolo. primi phy. in prologo pri. poſt. Simplicius Alex. Philop. Ar. & alii, ſuppono aliud ꝙ illa otto, quæſita non nominarunt Græci, ſed capita, prælibamina, dignitates, præcognitiones, terminos: Tunc infero ergo queſtio de utilitate logices non eſt, ſed præcognitio, ꝓfatio caput & prælibamen.

Quinta ratio. ℭ Quinto Arguo & ſuppono aliud ex Ar. 76. primi poſt. ꝙ eſt ſenſibus notum non queſitum, ſed precognitum, ut ignem calidum eſſe, Tunc arguo, logicam utilem eſſe eſt ſenſui notum ergo non queſitum, ſed præcognitum. probo mino: & ſuppono unum utile eſſe hominibus ſapere. cognoſcere, notum eis eſt. primo met. pri omnis homo natura ſcire deſiderat quia utile: ſed logica facit ſapere ſcire, ꝙ nemo negat, neq; negauit. ergo præcognitum eſt logicam utilem eſſe.

Sexta rõ. ℭ Sexto Arguo & ſuppono unum, præcognitum ē hominibus utile eis eẽ diſputare. diſſerere ſed logicã hoc docere. ſ. quo nam modo diſſerimus, diſputamus præcognitum eſt ergo an logica ſit utilis quæſitum non eſt, ſed potius præcognitum.

## IMPVGNATIO CVIVSdam Solutionis ad rationes ſupra factas.

NITVNTVR Quidam reſpondere omnibus rationibus ſupra factis una diſtinctione, unica ſolutione, dicit enim. Quæſitum Duplex quodam demonſtratiuum. quodam topicum dialecticum, hoc ſtante dicunt ꝙ an logica ſit vtilis non eſt queſitum demonſtratiuum, bene tamen topicum & dialeticũ, modo rationes ſupra dicte ualerent ſi moueremus queſitum modo demoſtratiuo, modo mouimus modo dialectico & probabili, tunc dicũt ꝙ quãmuis ſit præcognitum logicam utilem eſſe, tamen poteſt inquiri modo dialectico cum queſitum dialecticum non inquirit ut ſit. ignotum naturaliter. Reſponſio hæc eſt imperita, ꝓ quo not. pri. top. cap. 3 quaſi in medio dicit Ar: illud problema eſt dialecticum de quo diſputant ſapientes cum ſapientibus, uel uulgares cum uulgaribus, uel uulgares cum ſapientibus, uel ſapientes cum uulgaribus, huic pro maiori addo minorem an logica ſit utilis ſapientes cum ſapientibus non altercantur, neque uulgares cum uulgaribus neq; ex contra ergo non eſt quæſitum dialecticum, minorem probo inducendo omnes, Plato, Socrates, Ariſt. Leucippus, Aui. Au. Alph. Alex. Temi. S. Tom. alii ignari & Sophiſte nulli dixerunt dubitarũt de eius utilitate,

## RATIONES QVORVNdam iuniorum Probantes logicam inutilem:

NON De intento agredior hanc partem quæſiti. ſ. an logica ſit utilis, neq; neceſſario agredior, quia ut dixi ſuppono, gratia tamen adiſcentium gratia ſophiſtarum facientium dubitare de eius utilitate cogor mouere, hoc ordine, pius aliorum rõnes ponam, 2 ſoluam. 3. ponam quaſdam noſtras rationes, 4 illas ſoluam, quibus peractis, deſcendam ad prepoſita tria queſita breuiter ab Auer. ut uidimus ſoluta.

ℭ Prima ratio eorum. Plato uocauit logicam garrulitatem, ergo logica inutilis quoniam docet garrire.

ℭ Secundo arguunt Antiqui ſpreuerunt logicam ut fertur de Athenienſibus contra Pitagorã

ℭ Tertio arguunt Dixit diuus Auguſtinus, ne Vos decipiat inanis logica uocauit inanem ergo inutilem.

## SOLVTIONES HARVM Trium Rationum.

AD Primam not. quamuis Plato ad mentem aliorũ garrulitatem nuncupaſſet, non tamen inde ſequit̃ conſequentia, ergo inutilis, pro quo not. eſt quedam ꝑs logices que ſophiſtica eſt, hanc garrulitatem Plato & alii nominarunt, hoc ſtante, dicas ꝙ nõ ualet conſequẽtia, ergo logica non utilis, quia per logicam partẽ unã intellexerunt ſophiſtica uocata, ultra not. ꝙ bene illa ꝑs garrulitas uocatur quia unus cum altero altercatur de re equiuoca & deceptiora non ꝙ ſit inutilis, Vel dicas ꝙ ſunt uocata garrulitas quia garriunt & nihil inueſtigant unde bene Ar. ſophiſticam artem apparentem ſapientiam nuncupat primo elenco. cap. pri.

ℭ Ad ſecundũ. dicas ꝙ neq; de tota logica hoc dixere, ſed de una parte appellata Dialectica. vel reſpondeas ꝙ ſi totam logicam innutilem exiſtimarunt, non erat ratione logices, ſed ratione abuſus logices, & eorum abutentium: ſupponebant tamen logicam utilem maximo pere eſſe. Solutio ad 2.

ℭ Ad Tertiam dicas ꝙ Diuus Auguſtinus loquebatur de ſophiſtica atq; de abuſu artis ſophiſticæ: Quare patet ꝙ nullus antiquorum diſputauit de hoc queſito. Solutio Tertiam.

## RATIONES ALIE DIFFIciliores non diuulgate

### Probantes Logicam eſſe inutilem.

FORTIVS Atq; ſubtilius argui poſſet ad probandum logicam inutilem ideo quia incepimus querere Et ſi extra noſtram intentionem, ponamus has alias rationes. quarum prima erit.

ℭ Pro iſta prima ratione ſupponatur primo Si logica eſſet utilis, ad ſcientias afferret utilitatem primo top. 3. quia adminiculatrix & 2. met. 13. ſupponatur aliud, ꝙ quelibet ſcientia perfecta eſt completa & non diminuta Tunc his ſtantibus. Arguitur Pri. rõ difficilis.

ℭ Si logica artibus & ſcie. eſſet utilis ſequeretur unum abſurdum. ſ. ꝙ artes eſſent imperfecte & inconplete, cõſequens falſum per ſecundum abſumptũ probatur conſequentia, ſi logica eſſet utilis ſequeretur ꝙ artes indigerẽt ipſa modo ꝙ indiget aliquo eſt imperfectum, exẽplum de materia prima. eſt ens imperfectum quia indiget forma & per conſequens caret, carentia indicat defectum, quod opponitur perfecto.

Secũda rõ ℭ Secunda ratio ſuperaditur huic & eſt difficilis ualde, tamen ſophiſtica, ſupponatur unũ ꝙ ſcientia quelibet

nobilior

nobilior logica, uti Naturalis, Metaphiſica Matematica. ſuppoſitum eſt uerum primo de anima primo ſcientia una nobilior altera nobilitate ſubiecti, & demonſtrationis, mō aliæ ſcientiæ habent ſub nobi. probo quia. eſt ēs reale, logicæ ēs rōnis. 2 intellecta Au. in ep. log. poſt p̄dica. Vltra habent demōnes nobiliores, quia ueriores. logica aſſimulatas, ut alibi declarauimus Tunc Arguūt ſi aliæ ſcientiæ logica egerent ſequeretur, quod logica eſſet nobilior. probo aliæ indigent ipſa, & ipſa illis non indiget, ideo Deus perfectus nobilis quia nullo indiget & cuncta indigent ipſo.

Tertia rō. ℭ Tertia ratio pro qua not. ſcientia quelibet præter logicam ens reale conſiderat, logica tamen ens rationis, nōt. aliud quod uti ſe habet ſubiectum unius artis ad ſubiectum alterius artis ita ſe debet habere ſcientia illius ſubiecti ad ſcientiam alterius ſubiecti, propō hæc eſt Ariſt. primo poſt. 159. ſcientia denominatur talis a tali ſubiecto, ſcientia una, quia unius generis ſubiecti tunc arguo Ens reale non indiget ente rationis, ergo ſcientiæ cōſiderantes ens reale non indigent logica conſiderante ens rationis, probo antecedens quia poteſt eſſe ens reale abſque ente rationis. primo phy. 69. ideo natura indigebat forma, quia non poterat ſtare ſine forma, ſi ergo logica aliæ ſcientiæ non indigent ergo inutilia.

Quarta ratio. ℭ Quarta ratio pro qua not. eſt regula topica, quia uti ſe habet magis ad magis ita maxime ad maxime: hac uſus fuit Ar. primo poſt. 75. Tūc arguitur ſi logica eēt utilis ad ſcientias ualeret dicere bonus logicus, bonus philoſophus, magis logicus, magis philoſophus, & maxime log. maxime philo. ſꝫ hoc eſt falſū, pbant a ſimili, quia Au. fuit maxime logicus perfectiſſimus logicus, & non maxime philoſophus ſeu pfectiſſimus imo malus, ut refert Auicen. tertio de anima tertio. & 3. celi 69. ubi habet Au. Auice. non eſt imitatus Ari. niſi in dialectica. i. in logica, & quod fuiſſet malus philo. probatur, quia dixit hominem generari ex terra 8. phy. 46. & 2. meta. 18. ſecundo, quia aſſeruit quod naturalis non loquitur de materia prima ſecundo phy. 22.3. quia dixit quod celum non eſt in loco 4. phy. 45. & 6. phyſi. 8.5.44. quia dixit quod corpora celeſtia habent imaginationes diſpu. 16. in ſol. primi dub. 5. dixit non dari unum membrum in corpore quod ſit principium uenandum, tertio de partibus animæ: cap. de corde, & infinita alia falſa, confirmatur per eundem Auer. dicentem ſermōem Aui. ſemper eſſe mediū inter peripateticos, et loquentes, & 4. meth. 5. ad miſcuit Auicen. ſcientiā diuinam cum loquentibus quaſi uelit dicere Auer. quod non fuit uerus philoſophus, quia uoluit inſequi principia loquentium. i. hominum ſeu legis large,

Quinta ratio. ℭ Rationi ſupradictæ addo aliam rationem quintam, & ſuppono aliud ſuppoſitum topicum quod uti ſe habet maxime ad maxime ita magis ad magis, & minus ad minus, Tunc arguo ſi logica eſſet aliis artibus utilis ſequeretur quod peſſimus logicus peſſimus ſcientific⁹. & malus logicus malus ſcientificus, & ignarus logicus ignarus ſcientiarum, ſed conſequentia non ualet fuit tamen perfectiſſimus medicus Gal. malus logicus. Euclides ignarus logicus mate. ſolus & primus. Vltra antiquiores ignorauerunt logicam primo met. 6. tamen ſapientes, & peritiſſimi fuerunt, unde reperti fuerunt ſeptem Athenarum ſapientes.

Sexta rō. ℭ Arguunt, & ſupponunt unum, quod ſi logica utilitatem afferret talis eſſet una pars logices potiſſima. ſ. ars poſterioriſtica, hoc dicit Auerr. in prologo primi poſt. ſed ars poſt. nullam utilitatem affert ergo neque logica probant antecedens, & ſupponunt unum, quod id quod falſitatem facit acquirere, nullam utilitatem affert, ſed res poſterioriſtica facit acquirere falſitatem, probant hanc minorem quia concludit id quod eſt per accidens hoc probant, & ſupponūt unum Quādo ſunt duo & duo quorum duo magis unum faciunt quam alia duo, & illa duo non ſunt exentialiter tanto magis illa quæ nō magis faciūt unū forma, & ſub. magis unum facit quam accidens, & ſubiectum, & illa non ſunt exētialia. ergo neque accidēs cum ſubiecto, quod illa duo non ſunt exentialia. manifeſto, illa non ſunt exentialia quorum uno corrupto aliud remanet primo poſt: 42. Sed deſtructa forma non deſtruitur ſubiectum ad mētem Ariſt. primo phy. 82. nam mā ingenerabilis, tunc his ſtantibus inferunt ſi demonſtratio concludit accidens de ſubiecto ergo concludit id, quod eſt per accidens cui admiſcetur falſitas, huic rationi ſuper addunt aliam rationem ſeptimam.

Septima ratio. ℭ Quod non eſt de omni permiſcet falſitatem probo quia, quod non eſt de omni non eſt neceſſarium, quod non eſt neceſſarium eſt contingens, quod eſt contingēs permiſit falſum, tunc addo minorem præmiſſe, & concluſiones demonſtrationis non ſunt de omni probant quia particularia corrumpuntur quæ faciunt propoſitionem de omni, exemplum omnis homo animal, modo quilibet homo corrumpitur ergo non erit de omni, omnis homo animal dicit Ariſto. quod illud eſt de omni quod non aliquando ſic, aliquando non.

Octaua ratio. ℭ Octaua ratio eſt ſumpta ex autho. Ariſt. ſecundo de generatione animalium. capite ſexto ubi uocat rationes logicales inanes ergo logica inanis. i. inutilis, idem confirmat ſecundo de anima 11.

Nona rō. ℭ Nona ratio pro qua not. unum quod impedit ſcientias eſt inutile ad ſcientias, ſed logica impedit ſcientias ergo non eſt utilis, probo minorem, ſecundo meta. dicebat, quod erat impoſſibile acquirere ſcientias, & modum ſciedi, ergo modus ſciendi impedit cognitionem ſcientiarum, Quare inutilis, modo p modum ſciendi logicam intendimus.

## DVBITATIO QVA VIA quomodo reſpondendum eſt ad illos.

POSVIMVS Argumenta noſtra & aliorum quæ faciebant dubitare de utilitate logice. Nunc ſoluenda ſunt, et in contrarium arguendũ, ut finis huius q̃ſiti ponatur Tamen ſciendũ qua uia reſpondendum, uel uia logicali uel alia. Dicunt aliqui uia logicali. Contra & ſuppono unum. principiũ eſt in logica ipſam utilẽ eẽ immo principium & principale & notiſſimum, ſuppono aliud dictum ab Ar. primo phy. contra negãtes principia non reſpondendum ex principiis eiuſdem met artis ergo uia logicali non reſpondendum neque contra ipſos arguendum, Dicũt alii quod arguendum reſpondendum ex alia arte. contra. Ar. primo phy. loco dicto Duæ ſunt artes quibus diſputamus contra negantes quelibet principia Meta. & logica, Tunc arguo ſic, ſi non diſputandũ mõ logico & uia logicali, diſputãdũ uia metaphiſicali, ſed hoc ẽ falſum q̃a rõnes met. ſupponũt logicales, pbo q̃a q̃libet ſciẽtia ſupponit logicam ſecundo met. is, logica modus ſciendi, ſed modus ſciendi ſupponitur in qualibet arte Auer. primo poſte. in prologo Ariſt. primo de partibus Ani. capite primo, comprobatur per Ar. in primo topi. primo, Dialectica cum inquiſitiua ſit ad omnium methodorum principia, uiam habet. quaſi principia cuiuslibet artis logicam ſupponunt, ex his infero ſi modo uia metaphiſicali diſcuteremus ſequeretur, quod eſſet uia logicalis, probo quia uia metafiſicalis ſupponit logicalẽ q̃a ordinat̃ uia logicali, moderni inſcii quos nominare indignior & erubeſco, tamen pro ueritate tuenda ipſos nomino dicunt quod licet arguere, diſputare, & reſpondere negantibus principia per principia eiuſdem, artis, quando ſupponũt principia eiuſdem artis, quando uero rationes illarum ſupponunt principia eiuſdem artis non diſputandum. Vltra dicunt quod logicus poteſt diſputare cum negantibus aliqua principia logicalia ſi rationes eorum ſupponunt principia logicalia. aſſerunt hoc feciſſe Ariſt. in primo poſt. tex. 5. & 6. de Menone & ſophiſtis contra quos demonſtrationes aliquas facit, & arguit quia rationes eorum ſunt ſumpte ex principiis logicalibus. cõfirmatur per Ari. 18. tex. primi poſt. ubi arguit reſpõdet Antiquis negantibus principium unum logicale. ſ. demonſtrationem, & arguit uia logicali, ratio, quoniã rationes illorum fundabantur ſuper principia logicalia dicitur eſt Ariſt. primo phy. 11. Sed ſcolares aduertatis, quod iſti ſunt ignari, & nunc cognoui ipſos pro quo not. duobus modis poteſt fieri error in arte dicit Auer. declarando paſſum illum Ar. uel circa principia, uel circa principiata dicit Auer. ſi error ẽ circa principia non poteſt proprius artifex reſpondere & ſoluere ſi erit ſuper principiata poteſt proprius artifex reſpondere arguere & ſoluere.

Due artes contra negãtes quelibet prĩc.

Quelibet ſcia ſuppõit log.

Duobus modis poteſt fieri error in arte.

Not aliud quãdo error eſt de principiatis rationes poſſunt ſupponere principia quia principiata habent principia, quando uero eſt de principiis non poſſunt ſupponere principia. ratio, quia negant, & deſtruunt, ultra non poſſunt ſupponere quia primorum principiorum non ſunt principia. Tunc dicatur quod dictum eorum ſupponit falſum

¶ Vltra not. quod artifex poteſt diſputare ſi erunt negata principia dumodo rationes ſupponant principia eiuſdem met artis aliqua. intelligitur de rationibus factis circa eaque ſe habent ut principia. tamen, nõ princ. ſunt ſic exponit Auerro. locum illum. Quid ergo dicẽdum: Dicatur breuiter tamen not. quod ars, & doctrina duplex queda naturalis communis, quedam propria & particularis Not. aliud quod quedam ars habet ubi recurrat, quedam non. Reſpondetur his ſtantibus, quod ualet authoritas Ar. in arte propria, & particulari quæ habet ubi recurrat non autem de arte communi, & uniuerſali quæ non habet ubi recurrat niſi ad ſemetipſam. Ideo logicus poteſt contra negantes ſua principia arguere diſputare, & ſoluere.

¶ Dubitabit aliquis quemadmodum ſe habet ars propria ad principia ſic ſe habere debent principia artis cõmunis ad principia comunia, ſed ars propria non poteſt diſputare ergo neque ars comunis, & uniuerſalis

Dubitat.

¶ Reſpondetur, quod non ualet ſimilitudo, ratio eſt in promptu, quoniam ars particularis habet ubi recurrat, ars comunis ut logica non habet ideo poteſt ipſa de ſe ſola diſputare contradicere, & ſoluere.

Solutio.

¶ Dubitaret ultra aliquis contra id quod diximus, q̃d non poſſunt rationes negantiũ principia ſupponi ex principiis artis. contra hos nam qui negant logicam utilem eſſe faciunt rationes ex ſuppoſitis, & principiis logicalibus.

Dubitat.

¶ Reſpondetur quod illa non uocantur principia quia principia ſunt negata, Diceres ſunt alia principia, Dicas quod ſunt potius principiata, & poſita, ex principiis primis, & ſi principia uocantur non ſunt ſimpliciter, & abſolute, ut infra latius aperiam. Auer. intelligebat, q̃ rationes ſumantur a principiis primis, & principalibus, probo per exemplum, quod aduxit de Antiphonte, ultra Ar. æquiuocaret d̃ principiis, quod eſt abſurdum. Quare incipiamus ſoluere contradicere uia, & modo logicali cum non poſſumus aliter.

Solutio.

## RESPONSIONES AD Rationes ſupra factas.

AD Primam quando dicebatur ſi logica eſſet utilis. Sciẽtiæ indigerent ipſa, & ſic erunt perfecte. Dicatur, & ſupponatur unum, quod ſcientia quelibet eſt mixta cum logica primo de partibus anima: cap. primo Auer. in epy. met. cap. ſecundo Auer. primo poſt. in prologo, ſupponatur aliud quod ſcientia poteſt duobus modis conſiderari, uel ut cognitio rei docendæ tantum, uel cognitio rei regulatæ, tamen regulis, & inſtrumentis logicalibus. primo modo ars eſt ſcientia imperfecta, ſecundo modo perfecta.

Ad primã rõnem ſolutio.

¶ Tunc dicamus. ſcientia indiget logica ergo impfecta

concedatur

concedatur ad auth. Au.quæ .d. quod quelibet ſcia eſt perfecta uerum eſt de ſcientia ſecundo modo ſumpta .ſ.præcognitione rei docendæ & regulatione ex perita logices, non autem pro cognitione abſoluta qa ſine logica eſſe non poteſt bene tamen conſiderari,

Ad ſecundam. ¶ Ad 2 rationem in qua concludebatur quod ſi logica eſſet utili᷑.nobilior aliis ſcientiis diceretur quia aliæ indigerent ipſa. R. q̄ unum alio indigere ſtat dupliciter, uel ut finis, uel ut inſtrumentum ad finem, quando unū indiget alio tanquam finis uerum eſt quod eſt ignobilius, quando finis nobilior hiis quæ ſunt ante finem 2. phy.cap.de fine ſed id q̄ indiget aliquo tanquam inſtr. non eſt ignobilius.exemplū de ſenſibus, et intellectu certum eſt q̄ ſenſus eſt inſtrumentum intellectus unde per conſequens intellectus indiget ſenſu tamē eſt nobilior ſenſu ad puntum argumenti dicatur quod ſi ſcientiæ indigent logica uerum eſt tamen ut inſtrumentum ut famula & ſerua, non autem ut finis ideo ſcientie ſunt nobiliores logica, ſed logica indiget illis tanquam ille ſint finis logices inſtrumentum.n.eſt gratia rei inſtrumentate tanquam finis.

Ad tertiā rōnem. ¶ Ad 3. rationem quando dicebatur quod ens reale nō indiget ente rationis ergo ſcientie de ente reali non indigebunt ſcientia aliqua de ente rationis.modo logica eſt de ente rationis aliæ de ente reali ergo alie non indigebunt ipſa. R.quod ſcientiam unam alia indigere ſtat bifariam & ſic ens reale indigere ente rationis ſtat bifariā uel quantum ad eſſe ad ſubſtare, uel quantum ad cognoſci & regulari tunc concedatur quod ens reale non indiget ente rationis quantum ad eſſe & ſubſtare 6.met. ultimo bene tamen indiget quātum ad cognoſci & regulari, & ſic alie ſcientie indigent logica ut cognoſcātur, & regulentur.

Ad quartā rōnem. ¶ Ad quartam rationē quando dicebat᷑.Aui.& alii boni logici, ſed mali philoſophi. Pro ſolutione oportet notare dictum unum Auer.primo top.cap.primo, ubi dicebat quod quelibet ars perficitur duobus modis cognitione & uſu, unde aliquis poteſt habere perfectam cognitionem, malum autem uſum, ſed potius habere abuſum. Tunc dicatur quod concedimus Aui.fuiſſe malum philoſofum, quando dicis bonus logicus Ar.negat probationem Dicatur quod fuit bonus logicus quantū ad cognitionem, & non bonus philoſofus bonus logicus quantum ad uſum, & ideo poteſt eſſe aliquis bon⁹ logicus quantum ad cognitionem, & non bonus philoſofus, tamen quando eſſet bonus logicus quantum ad cognitionem, & uſum concederē forſan conſequentiā.

Ad quintā rōnem ¶ Ad quintam rationem quod Hippocr.fuit malus logicus tamen optimus medicus. R: breuiter q̄ artificialiter fuit malus logicus tamen fuit naturaliter optimus logicus. habuit.n.optimum ingenium inueniendi canones regularum medicinæ ſi autem fuiſſet peſſimus logicus utroque modo concederetur, non fuiſſet bonus medicus.

Ad ſextā rōnem. ¶ Ad ſextam rationem q̄ ars poſterioriſtica nō affert utilitatem ſed falſitatem, & quando dicebatur demonſtratio tendit ad probandam paſſionem ineſſe ſubiecto quæ ſeparari poteſt, quando forma a ſubiecto ſeparari poteſt ſine corruptione ſubiecti probant quod materia eſt ſubiectum forme quæ eſt eterna.

Dicatur quod materiam eſſe ſubiectum forme ſtat dupliciter, uel ſimpliciter, uniuerſaliter, uel particularizata, Tunc dicatur quod ſi materia eſt ſubiectum formæ eſt ſub ratione particularizata, & ſic deſtrueretur forma dextruitur & ipſa materia.

Ad ſeptimā rōnē. ¶ Ad aliam ſeptimam rationem quando dicebat᷑ quod concluſio demonſtrationis non eſt de omni quod particularia aliquando ſunt, & aliquando non, iſta dicant᷑ quod particularia contenta ſub aliqua ſpe.ie poſſunt duobus modis conſiderari.uno modo ſub ratione qua inducitur forma ſpecifica, alio modo ſub ratione qua particularizantur quibuſdam accidentibus corruptibilibus, & naturalibus. Tunc dicatur quod primo modo ſēper ſunt, & hoc pacto intelligitur dictum de omni, ſecundo autem modo concedo quod corrumpitur & hoc non tollit dictum de omni.

Ad octauā rōnem ¶ Ad octauam rationem quæ ſumebatur ex ſecundo de generatione animalium cap. 6. quod rationes logicæ ſunt inutiles. Dicatur quod ibi non loquebatur de regulis logicalibus, ſed de rationibus inſufficientiſſimis quas logicas appellat .i. diſputationes dialecticas non ualet tamen ſequitur conſequentia. ergo nec logica.

Ad nonā rōnem. ¶ Ad 9.& ultimam rationem dicatis, maior erat quod impedit acquiſitionem artium & ſcientiarum illud inutile concedatur.minor ſed log.impedit negatur: ad probationem ex auth.dicatur quod ſic intelligitur quod acquirere ſimul logicam & artem impſe, bene tamen logica edocta facilis acquiſitio artium & ſcientiarum.

## QVAESITVM PROPRIVM an Logica ſit tantum utilis an utilis & neceſſaria.

INTER Cetera quæ non ponenda ſunt pro quæſitis & problematibus duo ſunt dicebat Ar. uel illa in iniquiſitione quorum indigemus pena ut utrum parentes ſint colendi. uel illa in inquiſitione quorum indigemus ſenſu ut utrum ignis ſit calidus. primo Top.cap. 3. in fine. Diximus quod non inquirendum erat an logica ſit utilis tantum. quoniam q̄ hoc quærit indiget ſenſu, & ſi inquiſiuimus non de intento ſed ad ſoluendas ſophiſticationes, & ad acuendū ingenium adiſcentium.

¶ Dubitares ſi talia queſita non mouenda, quare Ari. in primo phiſico.mouit. Quæſitum an motus ſit an plura entia ſint cum qui querit hec caret ſenſu. pro ſolutione Not.duo. primum eſt, quod Quæſitum dignū queri eſt ob duo.primum eſt, quia de ipſo ſunt rationes ſuaſibiles .ſecunda eſt, quia dubitatum a maximis uiris, & famigeratis. Not.aliud quod queſitū dubitatū

a maximis ꝙ ſit contra ſenſum & rationem, non mo-
uetur ut queratur. ſed ut rationes in contrarium ueri-
ta ti ſoluantur. ideo non queſitum dicendum nec Proble-
ma Dialec: Dices quomodo uocatur. R. Ari. pri.
top. cap. 3. uocatur poſitio. queres quid poſitio. R. poſi-
tio eſt opinio extranea alicuius famigeratorum. dixit ē
opinio, non uerum, nō ueritas, dixit ꝙ eſt extranea. i. cō-
tra ueritatem. extra rationem & ſenſum. alicuius fami-
geratorum. i. maximi uiri. & poſuit hoc ut daret cauſā
nominis quare poſitio dicitur. R. non quodlibet poſitū
a quolibet dicitur poſitio quia non quod ponit̃ ab igna-
ro & non noto uiro, ſed a manifeſto & approbato, ut
dicit Ari. primo top. cap. primo & primo eodem cap. 3
quaſi in fine, nam de quouis contraria opinionibus pro-
ferente curam habere ſtultum eſt: His omnibus ſtanti-
bus R. ꝙ Ari. non mouit queſitum an motus ſit Sed ſol-
uit rationes facientes dubitare & contradixit contrariū
defendentibus, ſic nos ergo non ut queſitum mouimus
ſed ut ſolueremus rationes facientes dubitare. agrediē-
tes principale queſitū motum (ut ſupra uidim⁹) ab Au.
& faciliter ſolutum an. ſ. log. ſit utilis tantum an ſimul
neceſſaria. morem ſolitum obſeruabimus. in narrādo,
& confutando. & ueram opinionem ponendo ipſamq;
confirmando: & ſi que accident dub. ſoluendo.

## OPINIO QVORVNdam Iuniorum.

Bald. DICVNT Quidam iuniores quod log. nō eſt ne-
ceſſaria Artibus & ſcientiis ſed utilis tantum:

¶ Dices quid eſt utile. R. vtile tantum eſt illud ꝙ alte-
rius gratia ad melius ꝙ ſi non eſſet non ſequeretur im-
poſſibile. exemplum epulas delicatas comedere quid uti-
le, quia ſi non comedent̃ nihil inconueniens ſequeret̃
Tendere Romam equuo quid utile tamen ſine equuo tē-
dere non ſequitur impoſſibilitas, vltra dicunt utile tā-
tum eſt illud ꝙ neceſſario contraponitur, comprobant
iſti eorum opinionem rationibus & author.

Pri. ratio ¶ Pro prima ratione ſupponunt unum ꝙ logica ſit in-
ſtrumentum aliarum artium & ſcientiarum 2, meth. 15
ſupponunt aliud ꝙ inſtrumentum ſit illud quo unaque
quæ res ſit exiſtente extra ſuam eſſentiam & quiditatē,
dant exemplum de malleo ferreo quo mediante fiunt
forme ferri. tunc arguunt illudq; eſt extra eſſentiam &
quiditatem inſtrumento exiſtente ad faciendum aliq;
illud non eſt neceſſarium ſed tātum utile, huic pro ma-
iori addo minorem, ſed logica eſt inſtrumentum extra
eſſentiam & quiditatem ſuam ergo non eſt neceſſaria,
ſed tantum utilis, maiorem probant per librum poſt: ꝙ
eſt extra eſſentiam dicit non eſſe eſſentiale, ꝙ non eſt
eſſentiale non eſt neceſſarium primo poſt. 26: & 37.
minor probatur per Primum ſuppoſitum.

Secūda rō ¶ Secundo Arguunt illud eſt neceſſarium quod impoſ-
ſibile eſt aliter ſe habere primo poſt. 8. & 28. 2. periher.
cap. ultimo, huic pro maiori adiū minorem, ſed ſine lo-
gica artes & ſcientiæ adiſci poſſunt ergo non eſt neceſ-
ſaria. minorem probant p Aui. dicentem omnes ſcien-
tias adidici ante logicam. poſterius logicam, probo per
artifices mechanicos, qui artes adiſcunt ſine logica, di-
cebat hoc Au. primo co. pri. poſt. propter antiquos qui
artes fecere & adiſcebant ſine logica ut primi philoſo-
phi artium inuentores, ultra probo quia ſi ſine logica
artes non poſſent adiſci neque inueniri, ſequeret̃ ꝙ an-
te eſſet inuenta logica, poſterius artes & ſcientiæ cuius
oppoſitum fuit: ut refert Ar. 2. elenco. cap. ultimo antiq;
quod nihil dixere de logica, ultra probo per Ari. tex. 8.
primi meth. antiqui philoſophi dialecticam .i. logicam
non participarunt addas ad confirmationem Ar. logi-
ca non præcedente logicā inuenit ergo logica non ne-
ceſſaria.

Tertia rō Arguunt & 3. ſupponendo unum quod logica non ſit
præexiſtens cognitio artium & ſcientiarum 2. tex. pri-
mi poſt. Tunc arguunt doctrina: & diſciplina quelibet
ex preſiſtente ſit cogni. ergo adiſcitur per præſiſtentē
cognitionem, ſed preſiſtens cognitio non eſt logica, er-
go poteſt apdiſci ſine logica, Quare non erit neceſſa-
ria.

Quarta ratio. ¶ Quarto arguunt, ſi logica eſſet neceſſaria uel eſſet p
artibus inuentis, uel pro inueniendis, distintio eſt Aue.
ſupra, non ad artes inuentas quia iam ſunt inuente non
ad artes inueniendas quia inveniri non poſſunt probo
per Ar. 6. met. 2. tres ſunt artes & iam inuente. natura-
lis, Metaphiſica, & Matema.

Tres artes inuēte ¶ Vltra arguunt authoritatibus, eſt authoritas hic Au.
qui dicit quod eſt inutilis, uel utilis modo melioris, nō
modo neceſſario

5. ratio cū pri. Autho. ¶ Secunda authoritas Au. in prologo primi poſt, ubi di-
cit ꝙ logica iuuamina affert non neceſſitatem ſ. iuuami-
na. i. utilitates.

2 autho. 3. auth. ¶ Tertia authoritas Ari. primo Elenco. cap. primo ars
Sophi. eſt utilis non neceſſaria ut homo appareat ſapiēs
& lucrator pecuniæ, ultra eſt authoritas Ar: primo top.
cap. primo quod dialectica dubia facilia poterim⁹ acqui-
rere de uno quoque propoſito problemate, modo id ꝙ
eſt ad facilitatem non eſt neceſſarium. Vltra eſt au- 4. autho.
thoritas Au. ultimo cap. libri Porphi. dicentis librum il-
lum non eſſe neceſſarium ſed utilem:

5. autho. Auer. ¶ Vltima authoritas Au. hic ubi dicit ꝙ non omnes ſer-
mones logici ſunt neceſſarii, idem confirmat in princi-
pio prædicamentorum, idem confirmat in epy. logi. ca-
pi de locis topi. Quare per omnes has authorita-
tes logica non erit neceſſaria.

## CONFVTATIO OPINIOnis horum virorum.

Diminutio opinionis latinorum. HEC Opinio Diminuta, falſa, contra opinionem
Ari. & rationes quas facit ſunt faciles, & leues. ꝙ
ſit diminuta probatur. Quia cum logica duobus mo-
dis capiatur. ſ. naturaliter, & artificialiter, non dixerūt
de qua logica querunt: cum equiuocum prius dixtin-
guendum, poſterius determinandum, primo celi. 110.
Vltra eſt diminuta, quoniam cum log. ſit inſtr. non di-
xere quod inſtr. an ſpeculatiuum, an operatiuum, 3. &
ultimo eſt diminuta, quia cum Neceſſarium multis mo-
dis dicatur, non dixere de quo neceſſario intelligunt.

Quod

Falſitas opinionis latinorũ

℄ Quod ſit falſa hec opinio probatur breuiter, infra tamen latius. ſuppono duo primum eſt, ꝙ inſtrumẽta ſciẽdi & cognoſcendi ſint neceſſaria Artibus & ſcientiis, cum ſcientia ſit Habitus concluſionis per inſtrumenta acquiſitus. Secundum eſt logicam docere talia inſtrumenta. His ſtantibus arguatur, illa facultas neceſſaria, quæ tradit artibus & ſcientiis inſtr. neceſſaria ſed log. traddit artibus & ſcientiis inſtr. neceſſaria, ergo log. ẽ facultas neceſſaria.

Opin. latinorũ contraria Ar.

℄ Quod autem ſit cõtra opinionem Ar. probatur, uult Ari. ꝙ ſcia fiat neceſſario ex aliquo inſtr. logico pri. poſte. tex. pri. ſequitur ꝙ uult logicam eſſe neceſſariam. Vltra 2, met. 15. logicam uocat modum ſciendi ſed modus ſciendi neceſſarius ad ipſum ſcire. ergo uult ꝙ log. ſit neceſſaria.

## RESPONSIONES AD RAtiones in contrarium.

QVONIAM ut uidimus opinio illorum mala contra Ar. & diminuta erat. oportet ſoluere rationes eorum quibus nitebãtur probare, confirmare illã, ideo ordinate (ut ſolemus) ad omnes reſpondeamꝰ & pri. ad primam.

Reſp. Prime rõ.

℄ Illud inſtr. non eſt rei pars ꝙ eſt extra quiditatem, ꝙ ẽ extra quiditatem eſt per accidens non neceſſarium R. quod inſtrumentum duplex uel rationale, diſcurſiuũ ratiocinatiuum, uel mechanicum, operatiuum, & uſuale Tunc dicatur ꝙ ualet argumentum de inſtrumẽto operatiuo mechanico & uſuali, ſed logica eſt inſtrumentum rationale & ratiocinatiuum & de quiditate intrinſeca, probo per Ar. tertio ethi. 6. ubi definiendo doctrinam appoſuit in definitione eius inſtrumentum unum,

℄ Doctrina eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus, ecce ꝙ fecit de demonſtratione mentionem, & pri. poſt. 8. non potuit definire demonſtrationem ni appoſuiſſet ſcientiam pro eius fine dicens ꝙ ſit ſyllogiſmus faciens ſcire.

Reſpõſio Secunde rationis.

℄ Pro ſolutione ſecundi argumenti not. ꝙ logica ut ſupra dixi duplex, uel naturalis, uel artificialis primo elẽco. cap. pri. Tunc dicatur ꝙ logica artificialis non ẽ penitus neceſſaria.

Reſpon. Tertie rõ

℄ Ad Tertium quando dicebatur ꝙ doctrina acquirit ex præcognitione ordine neceſſario, ſed logica non eſt præcognitio. R. quo ad maiorem ꝙ acquirit præcognitione doctrinam ſtat dupliciter, uel non regulata inexiſtente logica, uel regulata, & exiſtente logica Tunc dicatur ꝙ ſi acquiritur doctrina per præſiſtentem cognitionem intelligitur regulata per artem logicam exiſtentẽ & ſic logica neceſſaria.

Reſponſ. Quarte ratio.

℄ Reſpondetur ꝓ 4. dicatur quod quando dicebat ꝙ non eſt neceſſaria ad inuentas quia inuente ſunt. Dicatur quod eſſe neceſſarium ſtat bifariam, uel ut inuẽte eſſẽt, uel nunc cum ſunt inuente, primum concedunt, ſecundum probo quia artes inuente habent in ſe logicam, cũ ut ſupra probaui logica erat pars, & neceſſaria ut habeamus quod peſecte ſit tradita, & inuenta. eſt neceſſaria ad cauillationes in contrariũ ſoluendas, & ad infinitas alias res, ut infra latius declarabo, ad artes non inuentas ut inueniantur. Diceres ſunt inuente. Reſpondetur qđ ars poteſt duobus modis conſiderari, uel uniuerſalis, & communis, uel particularis & propria, concedo quod artes uniuerſales inuente ſunt & tres, tamen ſunt alie infinite particulares artes ſub ipſis uniuerſalibus, quæ non ſunt inuente, utinam ſciremus omnia queſita in rerum natura contenta ſub arte phiſica, utinam ſciremus queſita ſub arte metaphiſica, & matematica. dicit Ar. in prædica: cap. de relatione quod fuit queſitum, & nõ ad huc inuentum an figura quadrangularis ſit equalis circulo.

℄ Ad authoritates dicatur primo ad primam ex Auer. hic quod logica eſt utilis concedatur de logica artificiali, non autem naturali. Reſpon. ad auth.

℄ Ad ſecundã Au. qui dixit in primo poſt. in prologo quod liber ille afferebat utilitatem bene dixit incluſit ratione neceſſitatẽ. Quaſi uoluit dicere utilitatem. Dicatur quia neceſſarium ad bonum & malum, utile & inutile primo elenco. cap. 3. Ad 2.

℄ Ad tertiã quando dixit Auer. quod erat utilis ad acquirendas diuitias dicatur quod loquutus eſt de utilitate uulgari. ut alii qui imperiti, & ſophiſte erãt, & pecunioſi ſiebant ut eſt noſtro tempore. Ad 3.

℄ Ad quartum de libro topi. ꝙ faciliter poſſumus arguere, quod ſignificat facilitatem non demonſtrat neceſſitatem dicatur quod loquitur Ar. de arte topica artificiali tantum non naturali ſimul. Ad 4.

℄ Ad quintã quod liber Por. non erat neceſſarius. Dicatur ut ſit pars logices, non autem dixit quod non ſit neceſſarius ad doctrinas & artes alias. Dicatur modo quod intentio Auer. erat duplex. ſ. quedam colligere ſermones, quedam indagare condictiones definitionis, & demonſtrationis. Tunc, dicatur quod ſi dicit Aue. quod quidam libri logices non ſunt neceſſarii. non loquitur abſolute, & ſimpliciter ſed ad intentionem, quando intendit. i. deuenire ad ſciendas conditiones: regulas certificationis, & definitionis, quod cõprobo per ipſum met in fine prædicabilium in principio rerum topicarum. Ad 5.

## VERA OPINIO PRIME partis quæſiti an ſcilicet logica ſit utilis tantum, an neceſſaria etiam.

ERRARVNT Vt diximus uiri illi tenẽtes log. ipſam eſſe tantum utilem, & penitus nõ neceſſariam. Veritas tamen eſt. quod non modo utilis ſed neceſſaria, pro corroboratione cuius opinionis multa notifico & multa declaro.

Primum eſt cum greci logicam dicunt, nós ergo quid dicimus. Reſpondetur, rationalis, ſeu ratiocinatiua. aut ſermo rationalis, uel ratiocinatiuus. Primum ſuppoſitũ

℄ Secundum ẽ, quid ſit logica, ſeu ſermo ratiocinatiuꝰ? R. quod eſt cognitio ſeu facultas regularum & inſtrumentorum diſcurſiuorum quibus ſcientie & artes acquiruntur. Secundũ Suppoſitũ

℄ Tertium ſuppoſitum eſt. logicam dupliciter eſſe uel naturalis tantum, uel naturalis artificiata, ſeu ut alii dicunt, Tertium poſitum.

cunt, artificialis.log.naturalis eſt cognitio a natura quarundam regularum & inſtrumentorum quibus mediãtibus ſcimus. Artificialis uero eſt cognitio acquaſita per artem regularum & inſtrumentorum.

Quartũ ſuppoſitũ ℂ Quartum, ſuppoſitum Artes & ſcientias conſtare ex duabus partibus. una eſt cognitio ſubiectiecti ſui, principiorum & accidentium. altera eſt forma, & qualitas qua illa cognitio acquiritur. & hec forma & hæc qualitas dicitur & uocatur logica.ut.d.auer.pri. de partibus Animalium cap.primo.& in epi.log.cap.pri.

5 ſuppo. ℂ Quintum eſt logicam artificialem dici artificialem duobus modis, uno modo, quia ab alio tradditur, alio modo quia a ſe metipſo regulatur & perficitur ab intellecto & ingenio optimo.

6 ſuppo. ℂ Sextum eſt quod cum Neceſſarium quatuor modis capiatur ad duo tamen reducuntur.ſ.quodam neceſſarium ſimpliciter & eſt illud quod eſt perſe primo neceſſarium. Quodam neceſſarium ſecundum quid. et eſt illud quod per ſe non eſt neceſſarium, gratia tamen alterius ad aliquem finem dicitur neceſſarium. Exemplum de primo. Premiſſe demonſtrationis ſimpliciter ſunt neceſſarie perſe primo hoc eſt ſimpliciter. non qđ de ſe ſint contingentes, ratione tamẽ alterius ſunt neceſſarie. Exemplum ſecundi. Malleum perſe non eſt q d neceſſarium, ferrario tamen eſt quid neceſſarium. Et hoc uocatur neceſſarium ſecundum quid. Diſtinctio hec eſt Ar.5.met.tex.6.clarius Au.in co.6.quo ſtante ſumatur hoc ſuppoſitum.ſ.nos loqui de neceſſario ſecundum quid.i. de neceſſario non ſimpliciter, ſed de illo ꝙ euadit neceſſarium ſine neceſſitante.

Aditio Sarnẽſis. ℂ Queres an hoc neceſſarium ſecundum quid, ſit idem quod utile. Reſpondet Amm.& Boet. quod ſic, ut patet in proe.lib.Porphi. Reſponſio falſa. pro quo not. Neceſſarium eſt quid analogum prius de neceſſario ſimpliciter, poſterius de neceſſario ſecundum quid. Not. aliud. Analogum unam def.habet ſecundũ prius & poſterius dictam. Dices que nam def.ipſius neceſſarii.R. Neceſſarium eſt illud quod non poteſt aliter ſe habere. Ex his colligo rationem unam contra Ammo. & Boe. vtile eſt id quod poteſt aliter ſe habere, ſed quodlibet neceſſarium non poteſt aliter ſe habere pri.poſt.28.ergo nullum neceſſarium idem quod utile, ſumendo utile ut ſumit Amm.& Boe.ſ.pro eo quod poteſt aliter ſe habere ut tendere Romam equuo.

## CONCLVSIONES VERE quæ oriuntur ex ſuppoſitis noſtris.

Pri.cõcluſio. PRIMA Concluſio quod logica naturalis eſt neceſſaria ſimpliciter, non modo neceſſaria ſecundũ quid. hoc eſt reſpectu finis alicuius. Probatur hec concluſio, illud neceſſarium ſimpliciter ꝙ perſe primo tale eſt, ſed log. naturalis in homine perſe primo ineſt. ergo log.naturalis neceſſaria ſimpliciter. minor probatᷣ quoniam Homo non naſci poteſt ſine rationalitate, ſine diſcurſu, quod nihil aliud eſt niſi log.naturalis.

2 cõcluſio ℂ Secunda concluſio, Quod logi.Artificialis eſt tantũ neceſſaria ſecundum qd. hoc eſt quod inſe quaſi inutilis, in uſus eius eſſet neceſſarius. ſuppoſito fine .ſ.acquiſitio ſcientiarum log.neceſſaria.

ℂ Tertia concluſio quod tam logica artificialis hoc eſt a ſemetipſo regulata, quam regulata ab alio a quo ipſe recipit, neceſſaria eſt ſecundum quid. 3 cõcluſ.

ℂ Quarta concluſio quod nullus fecit completam & perfectam artem aliquam ſine log. artificiali hoc eſt uel a bono ſuo ingenio & natura regulata, uel ab alio tradita. 4 cõcluſ. Dices Hippo.fecit medicinam non tamen habuit log. artificialem. Negatur, hoc quia habuit ab aliquo per uocem ſi non per ſcripturam, uel per ſuum bonum ingenium & naturam regulauit. Que dicitur artificialis, & ipſa poſtea uſus fuit.

Probatio cõcluſiõis ℂ Hec concluſio probatur, pro quo nat. ſupponatur cognitio ſcientiarum neceſſaria. ſupponatur, log. artificialem eſſe modum ſciendi, modum ad ſcientias. tunc ſic illud neceſſarium ſecundum quid quod eſt neceſſariũ reſpectu & gratia alterius, ſed log.artificialis eſt neceſſaria non ratione ſui ſed reſpectu ſui finis proprii.ſ.adminiculari ſcientiis ergo log. artificialis eſt neceſſaria ſecundum quid.

Dubitat. ſarnenſis ℂ Diceret aliquis, an log.artificialis.i. ab alio traddita ſit neceſſaria ſecundum quid. Reſpondent aliqui dicentes quod non, quia ſine ipſa poſſunt artes haberi, ut antiqui ante Ar.fecere. Reſponſio mala & perſuaſio nulla, Quod ſit Reſpõſio mala probatur. Qualis finis talia media. Finis neceſſitat ea que ſunt ad finem. Not. aliud. finis log.multiplex. unus comunis .ſ.adminiculatrix. Duo particulares, quorũ unus eſt adminiculari aliquo inſtr.ad inferendum & uenandum aliquid in ſcientia. alter finis particularis eſt, adminiculari redendo artificialiter cauſam cuiuslibet inſt.uſitati, & quare hoc uſitatur & non illud, quare cum his regulis & non cum aliis. quare, iſti reprobandi, & quo inſtr.& quare alii nõ nec alio inſtr. His ſtantibus arguatur, illud neceſſariũ ſecundum quid quod neceſſitatur a fine aliquo, ſed log. artificialis traddita abalio ut puta ab Ari.neceſſitatur a fine.ſ. acquiſitio artificialiter ſcientie cognoſcẽdo hoc & illud inſtr.has & illas regulas. contradicendo his et non illis, hoc & non illo inſtr.ergo log artificialis traddita ab aliquo neceſſaria eſt ſecundum quid.

ℂ Ad perſuaſionem Re.quod ſi antiqui ſine log.artificiali traddita ab alio fecere artes, non tamen cognoſcendo hoc & illud inſtr.neq; has & illas conditiões: diſtinguendo inſtr.uenans ignotum naturaliter, ab illo quod non: nos autem loquimur de fine neceſſitante logi. qui eſt cognitio ex omni modo cuiuslibet ſcientie. ad quẽ finem log.artificialis traddita ab Ar.neceſſaria eſt ſecũdum quid, & hæc quantum ad primam Partẽ. Queſiti.

# SECVNDA PARS QVESIti .ſ. ad quas Artes, & ſcientias Log. Ariſt. artificialis ſit neceſſaria ſecundũ quid.

## Opinio Quorundam

COMPLEVIMVS Primam partem quæſiti noſtri .ſ. de ulultate neceſſaria logices. modo querendum eſt ad quas artes ſit utilitas logi. neceſſaria, q̃ ē ſecunda pars noſtri Queſiti. Ad q̃ Reſpõdent quidam quod logi. non eſt utilis, neque neceſſaria, niſi ad Tres ſcientias Phiſicam Met. & Mate. quã opinionem nituntur probare his rationibus.

Pri. ratio — ℭ Ad illas artes, & ſcientias log. eſt utilis, ac neceſſaria ad quas eſt ſuus finis. Sed finis log. eſt ad Tres ſcientias .ſ. Natu. met. ac Mat. ergo ad illas tres tantum eſt utilis & neceſſaria. minorem probãt, nam finis log. eſt ſcire, ſed ſcire tribus modis natu. met: & mate. ergo ad illas tantum tres ſcientias log. neceſſaria.

Secũda rõ — ℭ Secundo arguunt, ad illas ſcientias log. eſt neceſſaria quæ ſunt diſcurſiue non factiue, non actiue, ſed tres tantum ſunt diſcurſiue non actiue non factiue, ergo ad illas tantum eſt neceſſaria. maior probatur, quoniam inſtru. quæ docet log. ſunt diſcurſiua ut patet per Au. pri. poſt. Pri. minor. manifeſta eſt per Ar. 6. met. 2.

Tertia rõ — ℭ Tertio arguunt, ad illud eſt neceſſaria log. quod nobilius & preſtantius ſe eſt: Sed ſcientie tres tantum ſunt nobiliores log: Alie uero non. ergo log. eſt tantum neceſſaria ad illas tres ſcientias, maiorem probant auth. Ari. ſecundo phi. 19. ſemper finis nobilior his, que ſunt ad finem. minorem etiam probant ſcire nobilius quam adminiculari ad ſcire, tamen agere aut facere nõ eſt nobilius ipſo adminiculari, probant, quoniam adminiculari ad ſcientias eſt una de potentia anime, agere uel facere eſt de potentia corporis, modo quantum anima ē excellentior corpore, tanto quod in anima eſt, dicitur eccellentius eo quod eſt in corpore.

### IMPVGNATIO OPINIOnis ſupradictorum iuniorum.

Iuniores dicunt falſum. — QVOD Dicunt viri iſti falſum eſt. Diminutum, & contra decreta Ari. quod ſit falſum probatur, pri. poſt. pri. quelibet doctrina & diſciplina, que acquiritur ex precedente cognitione, Neceſſario utitur inſtr. logicalibus, & per conſequens log. ipſa, addatur minor ſed artes actiue, & factiuæ acquiruntur ex precedente cognitione, ergo quelibet doctrina, & Diſciplina Factiua, & actiua utitur neceſſario logicalibus inſtr. & per conſequens log. minorem probo, quoniam ubi ſunt p̃cognita ut paſſiones, ſub. & propoſitiones. ibi ſunt precognitiones, in Artibus factiuis & actiuis ſunt huiuſmodi, ergo ibidem ſunt precognitiones. quod autem ſunt illa tria, manifeſtum, cum nil aliud poteſt eſſe.

Iuniores ſunt diminuti. — ℭ Quod dictum iuniorum ſit diminutum, probatur. Artes operatiue .ſ. actiue & factiue duobus modis poſſunt conſiderari, uno modo ut exercentur, alio modo ut docẽtur, primo modo operatiue uere ſunt, alio modo ſpeculatiue, ſeu diſcurſiue. Hanc diſtinctionem omittunt iſti ergo errant.

Iuniores quidã cõtradicunt Ariſt. — ℭ Quod dictum illorum ſit contra Ariſto. probatur Auth. eiuſdem primo top. cap. quaſi in fine, ubi ponens quot modis problemata ſunt, ponit. Problema ſcientificum, & ponit problema actiuum .ſ. morale, ultimo ponit Problema logicum dicens, ſaut ut adminiculans ad aliquid aliud talium. i. logica & queſitum logicũ eſt adminiculatiuum ad ſcientias & ad artes .i. tam ad doctrinas ſcientificas, quam ad doctrinas operatiuas ut puta factiuas & actiuas.

### RESPOSIONES AD RAtiones ſupradictas.

RELIQVVM Eſt ſoluere Rationes in contrarium, ut pateat error manifeſtus illorum. Ideo reſpondeatur prius ad primam.

ℭ Arguebãt, ad illas ſcientias log. ē neceſſaria ad quas eſt ſuus finis, concedatur. Sed finis log. ad tres tantũ. negatur hoc. Ad probationem dicatur .ſ. q̃ finis log. eſt ſcire concedatur finis princidalis, & potiſſimus. uniuerſalis .n. eſt adminiculari per ſua inſtrumenta,

Alia reſp. — ℭ Vel dicatur aliter, quod ſcire accipitur comuniter pro notificare, & ſic non tantum uſus log. eſt ad tres ſcientias, ſed etiam ad omnes alias, ut ad moralem, & ceteras.

Ad 2. rõnem. — ℭ Ad ſecundã rationem. R. quando dicunt, ad illas ſciẽtias log. eſt neceſſaria que ſunt diſcurſiuæ, concedatur. ſed Tres tantum ſunt diſcurſiue, alie actiue uel factiue. negatur, ad probationem Dicatur tamen prius not. quod quelibet ars perfecta actiua & factiua habet duo, unum eſt cognitio rei agende, ſeu faciendæ, Aliud eſt, actio, & factio. quo ſtante dicatur, quod log. eſt utilis ac neſſaria ad factiuas & actiuas ſub ratione qua ſunt diſcurſiue hoc eſt quantum ad earum cognitionem & doctrinam.

Ad 3. rõnem. — ℭ Ad 3. rationem facilis eſt ſolutio, quando dicunt, ad illud logica eſt neceſſaria quod nobilius, & principalius concedatur cum hac cõditione .ſ. principaliter, hoc eſt quod log. principaliter eſt neceſſaria ad perfectiores, & principaliores artes, ſecundario tamen poteſt eẽ neceſſaria ad reliquas.

Adprobatiõnem. — ℭ Ad probationem quam faciunt .ſ. quod finis log. ſit ſcire, quod nobilius ē agere, & facere. Not. quod ſcire non finis eſt log. intrinſecus ſed extrinſecus, adminiculari autem eſt finis intrinſecus. quo ſtante. R. quod ualeret probatio quando ſcire eſſet proprius intrinſecus finis logices. modo non eſt ſed adminiculari.

### VERA OPINIO AC confirmata per Auer.

VERA

VERA ac peripatetica opinio eſt, logicam eſſe utilem ac neceſſariam ad omnes artes, que concluſio, quæ opinio probatur pluribus mediis Quorum peimum erit.

Prima rõ. ℭ Quinto met. cap. de Neceſſario, illud neceſſarium ſine quo res eſſe non poteſt. addatur minor, ſine log. artificiali, ars, & ſcientia quelibet eſſe non poteſt. ergo log. artificialis neceſſaria. Probatur minor, ſupponendo artem, & ſcientiam quamlibet invẽctam dici artificialem secundo ſupponatur artem & ſcientiam quamlibet dividi in duas partes. ſ. in cognitionem rerum quas docet & in inſtrumenta, & logicam, qua docit, facit, cõcludit, & invenit illam cognitionem, his ſtantibus arguatur: quod eſt artificiale conſtat ex artificiali ſed ut ſuppoſitum eſt ars, & ſcientia quelibet eſt artificialis ergo conſtat ex artificiali, ſed conſtat ex log. ut ſuppoſui ergo ex logica artificiali. Tunc item quod cõſtat ex aliquo nõ poteſt eſſe ſine illo, ars ut dixi conſtat ex logica, ergo non poteſt eſſe ſine log. quare ſequitur quod log. ſit neceſſaria artibus, & ſcientiis.

Secũda rõ ℭ Secundo Arguitur, illud eſt neceſſarium ex quo aliquod fit, quia cauſa rei neceſſaria ad rem. addatur minor, ſed quelibet ars, & ſciẽtia fit ex inſtr. logicalibus, ex log. ipſa: ergo log. neceſſaria ad quamlibet artem, et ſcientiam. minor eſt Ari pri. poſt. pri. ubi faciendo inductionem inſtrumentorum probavit omnem doctrinam, & diſciplinam fieri ex preeſiſtente cognitione, que probatio non valeret, niſi omnis doctrina fieret ex logi. ſeu ex inſtrumentis logicalibus.

Tertia rõ ℭ Tertio arguitur, ad illas artes, & ſcientias log. eſt neceſſaria que ſunt rationales. quoniam log eſt rationalis Sed omnes artes; & ſciẽtie ſunt rationales, ergo ad omnes artes, & ſcientias log eſt neceſſaria: minor probatur quo ad ſenſum, nemo enim facit, agit aliquid niſi ratione, cum motu, & diſcurſu intellectus, 7. met. 23.

Quarta ratio. ℭ Quarto arguitur. ad illas artes, & ſcientias, logica eſt neceſſaria ad quas adminiculantur ſecundo intellecta. quoniam logica eſt ſecundo intellectorum, addatur minor, ſed ad omnes adminiculantur ſecundo intellecta, ergo ad oẽs log. eſt neceſſaria. minor probatur, datur nõ aliquod ens reale quod non habeat ſuum ſecũdo intellectum.

### DVBITATIONBS, & ſolutiones ipſarum.

OCCVRRVNT Multe dubitationes quibus ſolutis veritas dilucidior erit. ideo prius dubitabit aliquis.

Dubitat. ℭ Dicit Auer. quod log. eſt neceſſaria ad maiorem partem artium ergo non ad omnes artes.

Solutio ℭ Reſpondetur, tamen notandum, quod Artes ſunt in duplici differentia quedam operative hoc eſt manuales que non neceſſario fiunt a preeſiſtente cognitione, quedam diſcurſive que neceſſario fiunt a preſiſtente cognitione in activi, ſive factive vel in. Tunc dicatur quod Auer. dixit ad maiorem partem, excludendo artes operativas, & manuales. nos autem diximus ad omnes hoc eſt diſcurſivas.

Secunda Dubitat. ℭ Secundo dubitatur, quod non ſit neceſſaria ad omnes quia non ad legem probatur per uſum, vocantes legem non audiunt logicam.

Reſpõſio ℭ R. quod qui legiſta dicitur, duplex eſt vel credens, vel ſciens. qui credit nõ requirit logicam, quoniam dat fidem ſcripturis, qui ſcit requirit logicam, nam ſcire ẽ per inſtrumentum logicum. His ſtantibus dicatur, quod bene verum eſt quod logica non requiritur ad hominẽ credentem legibus, & ſcripturis, ſed requiritur ad ſciẽtem hoc eſt volentem ſcire. ad probationem reſpondetur, quod non eſt uſus vocantium legem, ſed abuſus qui tollendus eſt.

Dubit. 3. Reſponſ. ℭ Tertio dubitabis que ſunt iſte artes ſeu ſcientie, ad quas neceſſaria eſt log. R. ſunt iſte. meta. mate. & naturalis. Medicina. legalis, includendo moralem, ſunt etiã Nautica aſtrologia. chirurgia. Theologia. & ut univerſaliter dicam omnes artes que acquiruntur diſcurſu intellectus.

4. Dub. Reſpon. ℭ Quarto dubitabis, chirurgia fit manibus ergo operativa, & manualis, quare non eſt neceſſaria logi. ad chirurgiam.

ℭ R. chirurgia habet duo quorum unum eſt cognitio. aliud eſt operatio per illam cognitionem dicatur quod pri. modo non manualis eſt, neque operativa, ſed diſcurſiva, & ſic ad ipſam log. eſt neceſſaria, alio modo mecanica, & ſic ad ipſam log. nõ ẽ neceſſaria concedatur; nos autem loquebamur de chirurgia pri. modo. non autem ſecundo modo.

5. Dubit. ℭ Quinto queres quomodo log. eſt utilis, ac neceſſaria ad artes invẽctas, & quomodo ad Artes inveniẽdas, ſeu ad aliquã queſita artium invenctarũ, que queſita nõ adhuc ſunt invẽcta.

Reſp. ℭ R. & primo ad primũ. ſ. quomodo log. utilis ac neceſſaria ad artes invẽctas.

Ad quod eſt utilis et neceſſa ria logica. ℭ Quod eſt utilis, & neceſſaria ad Tria, quorum primum ẽ ut eas acquirere, & perfecte adiſcere poſſimus. Secundũ eſt, ut acquiſitis, & habitis poſſimus iudicare an bene, & recte ſint invenctae vel non.

ℭ Tertiũ eſt. ut poſſimus eas defendere a contradicentibus, & contra veritatem arguentibus.

ℭ Ad 2. Reſpondetur quod eſt utilis, & neceſſaria ad Duo quorum primum eſt, ut artes inveniantur, ſecundum eſt, ut cum ſint invenctae compleantur, & perficiantur. Duo. n. ſunt in qualibet arte, invẽctio, & complemẽtum ſeu perfectio, ut dicit Ari. 2. Elen. cap. ultimo.

ℭ Dubitaret aliquis. Primo met. ca. 1. artes invẽcte ſunt hoc pacto, ex experimentis memoria facta eſt, ex memoriis ſcientia. ergo non acquiritur ars, & ſcientia per logicam.

Reſpon. ſuppoſita ℭ Reſponſio quod in acquiſitione, & invẽctione artiũ duo ſunt. quorum unum eſt res que media ſunt ad acquirendum. pri. poſt. pri. omnis doctrina fit ex preeſiſtente cognitione. i. ex quibuſdam rebus precognitis.

ℭ 2. eſt inſtrum. quo tales res precognite ordinantur ad inveniendas artes, quod inſtr. dicitur cognitio log. habitus intellectus, qualitas, ut abunde diximus in prolo. primi poſt. Aue.

Reſpons: ad punctū ℭ Tunc ad punctum dubitationis dicatur, quod quando dixit Ari. quod artes per experimenta, memoriam ſunt inuēcte intellexit duo .ſ. res expertas & ſic precognitas, memoratas, uniuerſales, & intellexit duo inſtr. ſ. inductionem, & ſyll. quoniam inductio ex expertis particularibus procedit. ſyll. autem ex uniuerſalibus. Pro clariori notitia ſciendum, pri. quod omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu 2. phi. 6. & pri. poſter. 134. Auer. 2. ſciendum, quod hec cognitio a ſenſu hoc pacto fit prius inductione manifeſtamus uniuerſale. postea ex manifeſtatione uniuerſalis pro medio inuenimus quaeſita ignota. ex quo facta eſt ſcientia, ſic. d. Auerr. in proph. com. 9. ex his colligo breuiter reſponſionem quod quando dixit Ari. quod artes inueniuntur ex experimentis tetigit inductionem, cum inductio procedat a ſingularibus expertis. & quando dixit ex memoriis tetigit ſyllo. quoniam ſyll. procedit ex uniuerſalibus memoratis, quare ſequitur quod non ſine log. acquirūtur artes. & ſcientie.

Bal. ℭ Queres ultimo, an magis neceſſaria log. ad artes inuētas uel non inuentas.

Reſpō. ℭ. R. auer. ut expoſuimus, quod erat magis neceſſaria ad artes inuentas. Contra hoc dubitatur, nam ad illud log. magis neceſſaria quod difficilius, ſed nil difficilius quam artes inuenire, ergo log. magis neceſſaria ad artes inueniendas.

Suppoſitū ℭ Pro ueritate ſciendum, quod logica poteſt capi duobus modis, uno modo per ſe, alio modo per accidens.

Reſponſ. ℭ Tunc dicatur, quod log. pri. & per ſe magis neceſſaria ad artes non inuēctas, tamen per accidens .i. ſecundum noſtrum poſſe (quia non poſſumus artes nouas inuenire, cum inuēcte ſit) eſt magis neceſſaria ad inuentas, quia ad hunc finem adſcimus ipſam. quo ſtante dicatur, quod. Nos loquimur pri. modo, Auer. autem ſecundo modo, & quod hec reſponſio ſit uera probatur per uerba Auer. dicentis ibi (ſecundum quod ſunt noſtro tempore.)

## TERTIA ET VLTIMA

### Pars Queſiti .ſ. ad quam artem principaliter log. eſt neceſſaria.

REMANET Vltima pars noſtri Totalis Queſiti. ſ. ad quam artem log. ſit principaliter neceſſaria, in qua parte, faciam quod feci in aliis. Breuiter opiniones aliorum recenſendo. Demum ueritatem manifeſtando.

## OPINIO ALIORVM.

VARII Logici uaria dicūt circa hoc noſtrum partiale Queſitum: dicunt aliqui quod log. principaliter eſt neceſſaria ad matematicam. quorum he ſunt rationes.

Pri. eorū rō. ℭ Semper medium eſt magis gratia nobilioris, & perfectioris finis ſed mat. ſcientia perfectior nobilior eſt, ergo log. magis, & principaliter eſt gratia mate. ſcientie minorem probant: Ratione, & auth.

ℭ Ratione, quia eſt ſcientia demonſtratione ſimpliciter acquiſita.

ℭ Auth. pri. Ariſt. 2. met. pri. ſcientie matematice ſunt in primo gradu certitudinis.

Secūda rō ℭ Secundo arguunt, ad illud, mediū magis dirigitur, quod eſt uſitatius ſeu, ut rectius dicam magis uſitatum, ſed ſcientie matematice magis uſitate, ut omnes dicunt, ergo log. que medium eſt ad ſcientias magis eſt neceſſaria ad mat. quam ad alias.

Tertia rō ℭ Tertio arguunt, ad illud log. magis dirigitur quod difficilius, addunt minorem ſed ſcientie mat. difficiliores ergo log. ad mat. magis principaliter dirigitur minorem probant quia acquiruntur inſtr: difficiliori. ſ. demonſtratiōe, ſimpliciter:

## CONFVTATIO.

### Huius Opinionis.

Peccata q̄ facit hec opinio. HEC Opinio multipliciter peccat. primo peccat in equiuocatione quoniam non diſtinguit qd̄ modis capitur illa dictio {principaliter.}

ℭ Secundo peccat: in falſitate, quoniam log: non dirigitur principaliter ad mate. 3: peccat aſſerendo mate: eſſe difficiliorem: 4. peccat arguendo rationibus probabilibus, & non ueris: & quia hec omnia infra patebunt ommitto:

## SOLVTIONES

### ſupradictarum Rationum.

QVIA (ut dixi) rationes illorum erant probabiles non uere, ideo ſoluende ueniunt: quare reſpondeatur ad primam:

Reſponſ. ad primā ℭ Ad illud log: principaliter neceſſaria, qd̄ magis nobile, & perfectius: concedatur pro nunc: ſed mat. finis eſt magis nobilis, & perfectior negatur, quia nobiliſſima ſcientia eſt metaphi. ut in proemio met: dixit Ari: Ad probationem. ſ. quia acquiritur nobiliſſimo inſtr: Dicatur, quod aliud eſt dicere finem nobiliſſimū aliud eſt dicere perfectiſſimam ſcientiam: quo ſtante: R: q̄ quamuis ſit ſcientia perfectiſſima non eſt tamē finis nobiliſſimus. Dices quare? R. quia finis noſter nobiliſſimus eſt cognitio, & ſcientia dei, nobiliſſimi, & perfectiſſimi entis, qui Deus conſideratur in metaphi.

Reſpon. ad 2. ℭ Ad 2. R. quando dicunt ad illud magis principaliter dirigitur log. quod eſt magis uſitatum, negatur. quoniā rem magis, & minus uſitari non neceſſitat media. cum magis, & minus uſitari ſit accidens. & conceſſa maiore hac. minor erit falſa. ſ. quod magis ſcientie uſitate ſint matematice, cum noſtro tempore quaſi abutamur eis: quare uel in maiore, uel in minore prop. peccat hec rō.

Reſpōſio ad 3. ℭ Ad 3. R. qn̄ aſſerit, ad illud principaliter, et magis dirigit log. q̄ magis difficile, p cōceſſa ſumpta hac maiore: Tunc dicebant ſed ſciētie difficiliores ſunt mate. negatur hoc. quia ſunt maxime ſenſate, quare faciliores.

## OPINIO PROPRIA.
### Ad Aures Ariſt.

Cōcluſio nes dueue ſe ponen de. PRO Vera,& indubitata opinione pono duas ueras concluſiones. Quarum prima eſt. Quod log.primo & per ſe ad nullā ſcientiam magis uel minus neceſſaria eſt. Sed eque principaliter ad omnes.quam concluſionem probo pluribus mediis.quorum pri.eſt.

Notandū ¶Pro pri.notandum,inſtr.ſemper definiuitur cum fine cuius inſtr.eſt. Secundo Not.log. eſſe inſtru.cuius finis eſt ſcire.ſeu adminiculari his ſtantibus arguitur,

Pri.ratio ¶Ad illum finem log. principaliter & potiſſimū neceſſartaria, qui ponitur in eius def. & in def. ſuorum iſtr.ſ3 log.definiť cū adminiculari cōiter,ad ſciť cōiter. ergo log. Neceſſaria ē eque principaliter & eque potiſſimū ad q̄libet ſcire:maior ē Ar.6.topico.capite.5.in ſtru.ſemper eſt definiendum cum fine ſuo communi,ſi equaliter ſe haber,uel cum fine principali,ſi non eſt inſtru.equale,minor de ſe nota,non enim ponitur in def. log.& ſuorum inſtr.adminiculari ad metaph.uel ad matema.uel ad aliud.

Secūda rō ¶Secundo arguitur cuius medium uniuerſale,& ſimpliciter finis ſuus uniuerſaliter,& ſimpliciter eſt. Sed log.eſt medium,inſtr.uniuerſale & ſimpliciter,ergo finis ſuus ē uniuerſaliter,& ſimpliciter:maior nota,quia media debent eſſe proportionata cum fine Auerr.2.poſte.5.minor uera.

Tertia rō ¶Tertio arguitur.quorum mediorum fines non ſunt analogici,neque media illa ſunt analoga, ſed finis log. non ē analog.in artibus & ſcientiis,ergo neque log.eſt analoga .i.principaliter de uno,quam de alio.maior uera.minor probatur,nam ſcire non analogice predicať de naturali mat.& metaphiſico,cum he ſcientie non dicuntur analogice dicte.ſ.ut una ſit tanquā cā ceterarū.

Sarnēſis, ¶Dubitabis,ſciť eſt analogum ad demō.quia,propter quid,& ſimpliciter.ergo log.eſt quid analogum.R.q̄d eſt aliud dicere ſcientias tres meta. mat. & naturalem eſſe analogas,& aliud ſcire finis trium demonſtrationum. Tunc reſpondetur quod bene uerum quod ſcire penes demonſtratio:quia, propter quid,& ſimpliciter eſt quid analogum.non autem ille tres ſcientie dicūtur analoge,ut una ſit cauſa ceterarum .nos non loquimur pri. modo ſed 2: modo.

¶Quarto arguitur Auth.Auer.in prolo.pri.poſte.ubi .d.Auer.quod log.tradit regulas communes non proprias ad omnes ſcientias.

## SECVNDA CONCLVSIO.

Probať 2. cōcluſio. SECVNDA Concluſio quod log.ſecundario,per accidens,& ſecundū quid conſiderata.comparata ad Artes principaliter eſt,& precipue ad medicinam, ut.d.Au.in procmio epi.log: Comparata ad ſcientias eſt principaliter & precipue ad metaphi.probo utramque partem concluſionis,& pri.primam.

Prima rō. ¶Quanto finis magis neceſſarius, tanto magis neceſſitas,& medium principaliter ad illum.ſed medicina inter artes magis neceſſaria ergo log.magis,& principaliter gratia medicinæ,quum aliarum. probo minorem quia medicina tractat de uita, ultra quia medicina eſt naturaliter nobis inſita.Alie artes uel non ſunt de uita, ut ciuilis,uel non naturaliter inſite,ut legalis.

¶Secundo arguatur,ad illum finem, logi. ſecundario, & per accidens conſiderata,principaliter dirigitur,qui eſt magis uſitatus,ſed magis medicina uſitatur, ergo ad medicinam log.principaliter dirigitur.maior eſt ſumpta ea ſuppoſito quorundam. minor uerīſſima ubique enim uſitatur medicina,non autem ſic ſunt cetere artes ex quo poteſt teneri log. dirigi principaliter ad medicinam,loquendo ſecundum uſum,non ſecundum ueritatem,(ut forſan locutus eſt Auer.) 2. ratio.

## PROBATIO SEC. PARTIS CONCLV.

¶PROBATVR ſecunda pars concluſionis.ſ. q̄d reſpectu ſcientiarum logic.magis neceſſaria,& precipue ad metaph. Probatio 2. partis cōcluſiōis

¶Ad illum finem precipe,& principaliter log. ſecundario,& per accidens conſiderata dirigitur,qui nobilior,qui principalior eſt. Sed metaphi.nobiliſſima, & ceterarum ſcientiarum principaliſſima ergo log.principaliter,& precipue dirigitur ad meta. quam ad alias ſcientias.

¶Secundo arguitur,ad illam ſcientiam precipue logi. non uniuerſaliter ſed ſecundumquid dicta,dirigitur cū qua maiorem conuenientiam habet,Sed cum metaph. maiorem conuementiam habet .ergo ad metaph. principaliter & precipue dirigitur.probo minorem (cum maior ſit de ſe nota) nam metaphi.eſt ſcientia uniuerſalis uti log.eſt inſtr.uniuerſale.

¶Tertio arguitur.ad illam ſcientiam log.precipue dirigitur.ad quam omnes alie diriguntur.ſed ad metaph. omnes ſcientie diriguntur ergo log.precipue dirigitur ad metaph.maior.de ſe uera cū finis ſit cauſa cauſarū. minor probatur, quemadmodum ſe habent entia,ſic ſe habent ſcientie de illis entibus,adatur minor ſed omnia entia ſunt gratia dei tanquam ad finem omnium.ergo omnes ſcientie ſunt gratia illius ſciente que ē de deo, Talis autem eſt metaphi.ergo ad metaphi.omnes diriguntur.

## DVBITATIONES
### cum ſolutionibus.

¶PROBAVIMVS Clare,& uere,logicam ratione artium,precipue dirigi ad medicinam.cum illa inter artes magis uſitata,magis neceſſaria,& magis,oſcura, & ignota.loquendo de log.accepta ſecūdum quid, non autem uniuerſaliter. Vltra probauimus.Logicam reſpectu ſcientiarum,Dirigi precipue ad Metaph. quoniam metaphi.eſt nobilior,cōmunior,difficilior. Quia declaratio perfecta eſt quando abſoluit omne dubium uti definitio .4.phi.3 a.ideo ſoluamus alias dubitationes.

Diceret

¶ Diceret aliqs ad illum finem dirigitur precipue log. cum quo ſeu per quem definitur inſtr. ſuum fere principale. ſed Demonſtr. que eſt fere principale ſuum inſtr. definitur cum fine matematico, ergo log. precipue dirigitur ad mate. probatur minor, nam definitur demonſtratio. per ſcire ſimpliciter quod eſt ſcire mate. ut omnes dicunt.

Not. Argumentum, & dubitatio hec peccat ſophiſtice ſ. a ſimpliciter ad ſecundum quid. ideo reſpondeatur. q aliud eſt dicere ſcire ſimpliciter, & aliud eſt dicere ſcire ſimpliciter matematicum

¶ Primum dictum eſt ſimpliciter. Secundum eſt ſecundum quid. tunc ad rationem dicatur quod quando in minori ſumitur definitur demonſtratio cũ ſcire mate. negatur iſtud. Ad probationem. R. quod bene uerum eſt quod definitur demõ. cum ſcire ſimpliciter, tamen non ſequitur ergo definitur cum ſcire mat. quoniam in plus ſe habet ſcire ſimpliciter, quam ſcire matematicũ. ualet. n. dicere ſcire mat. eſt ſimpliciter ſcire. tamen nõ ualet, omne ſcire ſimpliciter eſt matematicum.

¶ Secundo dubitaret aliquis quare Auer. ponendo finem principalem log. dixit ad medicinam, & non ad metaphi.

¶ R. ad hoc, ſupponendo Auer. log ibi famoſe ad mentes aliorum ut complaceret alijs. hoc ſtante dicatur, qđ cum Tempore ſuo deſiderium eorum qui adiſcebant log. erat gratia medicine & non metaph. merito famoſe dixit, & poſuit medicinam.

**Additio Sarnenſis** ¶ Et notate, quod abuſus iſte accidit multis tempore noſtro qui non adiſcunt log. ob ſcientiã naturalem, & metaphi. ſed ob medicinam, unde diſcipulus, & Tiro in log. ſortitur nomen a medicina, nũcupatur medicus, o ignari quid facitis, quod uos creditis cito adimplere, longo tempore inſudatis nec finem bonum habetis. ordinate uoſmet ipſos, ut ſtudeatis logice p duos annos, phiſice, & metaph. per tres, medicine per totidem, ſic faciũt & fecere mei diſcipuli, ſic facient poſteri. me audientes.

FINIS.

# QVESITVM GERMAnum Ac proprium Domini Hieronymi Balduini de mõte Arduo: an logica ſit ſcientia, ſeu ars uel modus ſciendi, aut facultas Potius non adhuc ita uere in lucẽ Editum

## Cum Sarnenſis Ponde. Decl. Et Anno. Lectum, & declaratum a Baldui. ſuper primum Librum Topi. capite primo.

EX Dictis ab Ariſt. pri. Top. capite primo patet logicam non eſſe ſcientiam. Nam dicit inſtrumentum ad docendum omnia in logica non eſſe rationẽ ſubtilem, ut Demonſtratiuam, & in materia neceſſaria, ſed tãtum eſſe rationem Groſſam, Topicam, Reth. rationem figuralem, modo cum ſcientia nõ niſi Demõne, & definiti. acqraſ. Videtur, log. cũ his non acquiratur non eſſe ſcientiam. Tamen pro maiori ueritate Queritur an ſit ſciencia, ars, modus, uel rectius facultas quedam inſtrumentalis: Quod queſitum cum ſit maxime Arduum, ac neceſſarium inſudabo (ut potero) Dilucidare, & ad finem perducere in quo hoc ordine utar. prius uarias, falſas opiniones aliorum examinabo. poſterius ad mentem Ari. ueram poſitionem declarabo funditus eruendo cauillationes incidentes, & facientes dubitare de ueritate illa. **Ordo procedendi.**

### OPINIO FAMOSA ET A Plurimis ſubſlentata. Ioannis Scoti Franciſcani.

IOANNES Scotus in queſtione uniuerſalium ante quam ſuam ponat opinionem diſtinguit Logicã in docentem, & utẽtem. Queres quid intelligit per log. docentem: Reſpondet. quæ docendo, & demonſtrando manifeſtat proprias neceſſarias concluſiones, propria, ac neceſſaria principia.

¶ Queres 2, quid intelligit Scotus per log. utentem. Reſpondet. illam qua edocta utimur applicando ad artes & ſcientias. Qua diuiſione ſtante. **Dubitat.**

¶ R. Scotus. & dicit duo. primum eſt quod logi. primo modo. i. docens, eſt ſcientia. Secundum eſt quod Log. ut utens non eſt ſcientia, ſed modus ſciendi: probat primo: primam concluſionem & probat 2, ſecundam, **Reſpons.**

RATIONES SCOTI probantes logicam docentem eſſe ſcientiam.

ARGVIT Scotus ſubtiliſſimis rationibus ad ꝓbandum logicam docentem eſſe ſcientiam.

Pri.rō ¶ Quarum prima ut ordinate procedam Hec eſt.

¶ Illa cognitio eſt ſcientia, in qua plurima demonſtratiue concluduntur primo poſt. 8. Demon. eſt ſyllog. faciens ſcientiam. & 6. Eti. 4. Addatur minor, ſed in log. Plurima demonſtratiue concluduntur. ergo log: ē ſciētia. Minorem probat. Quia in lóg. ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem. ſ. Tria primo poſt. 57. & 76. 179. ſubiectum de quo fit demonſtratio. paſſio que demonſtratur. Definitio ſubiecti que monſtrat, ꝙ principium, & medium dicitur. in log. eſt ſub. ut ſyllog. eſt Definitio eiuſdem data in primo priorūm capite primo, que monſtrat ut principium. & medium. ſunt paſſiones de ſyllog. demonſtrate tanquam de ſubiecto.

¶ D. que ſunt paſſiones proprie demonſtrate de ſyll. Reſpondet in tertia queſtione quod paſſiones, & prædicata demonſtrata de ſyllog. Hec ſunt eſſe in tribus figuris, Eſſe in hoc & in illo mō eē ex duabus propoſitionibus, Eſſe ex tribus terminis: quæ omnia demonſtrat Ariſt. de ſyllog. per ſuam propriam definitionem. Dices ubi. R. in lib. pri. atque in ſingulis locis eiuſdem lib.

Secūda rō ¶ Secundo Arguit pro quo not. 2. top. in concretis locus a definitione unius ad def. alterius ualet, quādo prædicata ſunt per ſe & conuertibilia. Exemplum Ari. Ira eſt tumor cordis. ergo Iratus eſt tumens corde ex quo loco arguit Scotus enthimematice. logicus eſt ſciēs ergo logica eſt ſcientia.

RATIONES SCOTI probantes logicam utentem non eſſe ſcientiam.

PROBAVIT Scotus duabus rationibus ſuam cōcluſionem primam eſſe ueram. ſ. logicam docentē eſſe ſcientiam nunc intendit probare aliis rationibus ſecundam concluſionem. ſ. logicam utentem non eſſe ſciētiam, quarum prima hæc eſt.

Pri.rō ¶ Illa notitia quæ procedit ex propriis, & non ex communibus eſt ſcietia. primo poſt. 67. 69. & 71. addatur minor, logica utens procedit ex communibus non ex ꝓpriis, ergo logica utens non eſt ſcientia. minorem probat auth. Ariſt. primo phyſ. octauo. ubi dicit uelle uti rationibus logicis ex communibus contra antiquos.

Bal. & rō Scoti 2. tamen in ordine ¶ Arguit iterum Scotus. Modus ſciendi non eſt ſcientia. probat a ſimili ſicut modus uidendi non eſt uiſus. addit minorem, ſed log. eſt modus ſciendi 2. metha. 15. ergo log. utens non eſt ſcientia.

Aditio Sarnēſis. ¶ Tertio arguunt quidam pro auxilio Scoti. Scientia a ſciendo, ſed log. utens non a ſciendo, ergo non ſcientia.

¶ Quarto, & ultimo arguunt uſus ſcientie nō eſt ſcientia, ſed log. utens eſt uſus log. docentis que eſt ſcientia, ergo log. utens non eſt ſcientia.

IMPVGNATIO OPInionis Scoti quod ſit rudis imperita & inartificialis.

ISTA Opinio indiget pena, potius quam reſponſione. Eſt enim rudis, ſecundo eſt contra Ariſt. tertio eſt falſa. Quod ſit rudis probatur. ſuppono unum, illam opinionem eſſe rudem, quæ abutitur nominibus atque præcognitionibus eorum ſexto top. capite tertio Huic pro maiori addo minorem, ſed Scotus abutitur duob⁹ nominibus. ſ. docens & utens ergo eſt rudis ſua opinio in diſtinguendo logicam. Quod abutatur his duob⁹ nominibus probatur. pro eo ꝙ debet dici ædoctum. utitur docente, & pro eo quod debet dici uſitatum. dicit utens. neſcit enim nomina, non habet precognitiones quid nominis

Rō cōtra Sco. quod abutatur hoc nomine docēs. ¶ Quod debebat dicere logicam edoctam & non docentem probatur. Per logicam docentem intelligit ſciētiam. tunc arguo, ſcientia eſt effectus docentis & inſtrumenti non autem eſt docens ergo per docens uolebat intelligere uel debebat intelligere logicam edoctam.

Rō 2. contra eundē ¶ ſecundo arguo ſcientia eſt illa cognitio quæ fit uel facta eſt per cauſas primo poſterio. ſeptimo. primo phyſico. primo. ſecundo poſt. 48. Logica docens eſt ſcientia. i. logica que fit, que acquiritur per cauſas proprias. ergo per logicam docentem, intelligit, uel intelligere debet logicam ædoctam quare Scotus abutitur hoc uocabulo (docens.)

Abuſio 2 uocabuli. ¶ Quod abutatur ſecundo uocabulo ſcilicet (utens) probatur. nam quod proprie diceretur uſitata, illam uocat utentem. ergo abutitur Nomine hoc.

¶ Secunda hæc logica utens non debet dici & uocari logica, ergo abutitur hoc nomine (utens) dices quomodo debet uocari. R. Ari. primo de partibus animalium cap. pri. peritiam, eruditionem.

¶ Et primo Ethico. ſecundo uocat certitudinem Auer: ſecundo phy. 16. uocat logicam particularem non ſimpliciter. dices quid eſt hec log. particularis ſuit dictum a me in prologo primi poſterio. Auerro. quod erat habitus miſtus ex logica. & arte ſeu ſcientia, quare abutitur hoc Nomine (utens) Et non intelligit. debebat dicere (uſitata.)

IMPVGNATIO OPINIOnis ſcoti quod ſit contra Ari.

QVOD opi. ſcoti ſit contra Ar. probaꝰ ſecundo meth. 15. Ariſt. logicam edoctam, ſeu ut ipſe abuſiue dicit docentem. modum ſciendi nominat. nō ergo log. utens tantum dicitur modus. ut arguatur.

¶ Suppono

ſuppoſiti

¶ Suppono unum logicam utentem eſſe cognitionem habitam, acquiſitam, uſitandam in Artibus, & ſcientiis.

Ratio cõtra ſcotũ.

Tunc ſic ſi Ariſto. in textu illo 15. loqueretur de log. utente. & non de docente dictum ſuum eſſet ſalſum. Dicit quod eſt impoſſibile acquirere ſcientiam & modum ſciendi ſimul. nam dicerem, quod non eſt impoſſibile cum log. utente ſit acquiſita. loquitur Ariſt. de log. ut acquirenda eſt. modo talis non eſt utens. quia eſt acquiſita, quare loquitur de docente.

## QVOD OPINIO
### Scoti ſit falſa.

OPINIO Scoti (ut dixi) erat rudis, imperita, & uulgaris, quia abutitur duobus nominibus .ſ. (docens) & (utens). ultra erat contra Ariſto. ſecundo met. 15. & quia etiam falſa intendimus hoc probare. prius arguõ contra ſecundum eius dictum .ſ. logicam utentem non eſſe ſcientiam. ſecundo Arguo contra primũ dictum .ſ. logicam docẽtem eſſe ſcientiam, & uolo probare quod ſi log. Docens eſt ſcientia, Logica uſitata etiã eſſet ſcientia.

Declaratio & diſtinctio d̃ logica utẽte

¶ Pro notitia Primæ rationis notandum. Quod per logicam utentem Quatuor poſſumus intelligere. Vel habitum illum edoctum in log. quo poſſumus formare quodlibet inſtrum. in Artibus & ſcientiis. uel poſſumus intelligere ipſum inſtrumentum logicale formatum. Vel poſſumus intelligere habitum ſcientificum acquiſitum inſtrumento formato: & edocto in log. uel & quarto poſſumus intelligere uſum inſtrumenti formati.

Sarnẽſis.

¶ Non poteſt intelligere Scotus per logicam utentẽ uſum inſtrumenti formati, quia clarum eſt quod ille uſus non eſt logica, ſed operatio eius ſeu uſus. nos loquimur de logica.

Bal.

¶ Neque poteſt intelligere ſcotus pro habitu acquiſito per inſtrumentum. quoniam clarum hoc eſt, & nulli dubium, quod ſi erit habitus acquiſitus demonſtratione eſt ſcientia ſexto Eth. 4. Si erit acquiſitus ſyllogis. Top. erit opinio. ſi Reth. perſuaſio. ſi Poet. ſimilitudo. ſi ſophi. ignorantia & deceptio.

¶ Neque poteſt intelligere inſtr. logicale edoctum in log. quia illud non eſt logica. Sed unum ex his declaratis in log. Relinquitur ergo quod per log. utentem intelligat Habitum edoctum in log. uſitatum, ſeu uſitandum in Artibus & ſcientiis. His ſtantibus arguitur.

Ratio prima cõtra Scotum.

¶ Logica docens per Scotum eſt ſcientia. ergo & logica utens. probo conſequentiam ratione. quoniam eadem eſt logica utens, & docens: Secundo probo auth. primi poſterio. capite 15. ſuppoſitio eſt habitus Propoſitionis edoctus in una ſcientia, Et eodem utimur in alia ſcientia, non deſtincto, non diuerſo. Tertio probo exemplis in octauo phyſica Docetur motum eternum eſſe. & eſt ſcientia in Naturali, codẽ utimur in meta. ſupponendo ut ſcientia.

¶ Diceres quod ratio hec non concludit niſi quod logi. utens ſit ſcientia non tamen concludit quod inquantum utens. modo concederet primum ſcotus. nihil tamen contra ſe.

Aditio Sarnẽſis.

¶ Contra hanc reſponſionem arguitur, quod ſi log. docens eſt ſcientia ſequeretur quod utens ut utens eſſet ſcientia. ſupponatur. accidens in ſub. non uariare naturam ſubiecti: exemplum color niger in coruo non uariat naturam def. & quidditatem corui. ratio eſt iſta quia adeſt, & abeſt pre er ſubiecti corruptionem. ſed logicam eſſe utentem eſt quid accidens ei. ergo non uariat ſuam eſſentiam, def. & quidditatem. quare ſi log. docens eſt ſcientia, ut utens etiam eſſet ſcientia.

Impugnatio.

¶ Secundo arguitur quod non modo log. utens eſſet ſcientia. ſed uerius, & eſſentialius diceretur ſcientia. ſi log. docens erit ſcientia.

Bal.

¶ Primo poſterio. 15. ſecundo meth. primo cauſa ſciẽtie eſt magis ſcientia. ſed log. utens eſt cauſa ſcientie. ergo log. utens uerius, & melius eſſet ſcientia. probatur minor, habitus ſcientificus ſuppoſitus uſitatus poſtea non remouet ſcientiam ſed auget. ſed log. utens eſt habitus ſuppoſitus ſcientificus, ergo uſitat augebit ſcientiam, non remouebit, quare magis ſcientia erit. log. utẽs

Secunda ratio.

¶ Tertio arguitur per exemplum. Medicina docens in lib. ſuis ſuas proprias rẽs, eſt Ars. Quando utimur etiam eſt ars, imo magis. quoniam in uſu eſt principiũ operationum, quæ operatio dicitur ars. Tunc ſic ut ſe habet medicina uſitata ad medicinam docentem. ſic ſe habet logica utens ad logicam docentem: ſed medicina uſitata eſt ars, imo magis ars quam medicina docens, ergo log. utens eſt ſcientia imo magis ſcientia.

Tertia rõ

Quarto arguitur. Tamen Not. quod concluſio ſcita per demonſtrationem, quia utimur pro præmiſſa demoſt. Propter quid, primo poſterio. 97. Not. aliud qd̃ ſciebatur per demonſtrationem quia ſcientia dicebatur. quando utimur in propter quid non modo ſcientia ſed magis. His ſtantibus arguatur.

Suppoſita pro 4 ratione.

¶ Quemadmodum ſe habet præmiſſa unaqueque demonſtrationis propter quid ad concluſionem demonſtratio quia: ſic ſe habet log. utens ad log. docentem. ſed præmiſſa Demonſtratio. propter quid, auget ſcientiam ipſi concluſioni Demonſtratio: quia, ergo log. utens auget ſcientiam in log. Docente, quare magis ſcientia. probo maiorem. nam præmiſſa demonſtrati. propter quid eſt utens ſeu uſitata. quando erat concluſio erat docens ſeu edocta. Et ſunt eadem ſubiecto. eodem pacto de logica docente & utente. quare maior eſt uera ſumpta a ſimili.

4 ratio

¶ 5. Arguitur ſupponendo unũ ex Ar. primo Top: capite primo in primis uerbis: Quelibet Ars non completa eſt cognitione & doctrina ſolum. ſed completur & perficitur uſu, & Exercitio. tunc arguatur. ſi Logica diceretur ſcientia. imo magis ſcientia, non eſſet niſi in eſſe ſuo perfecto, & completo, quam in eſſe ſuo imperfecto, & incõpleto. Huic pro maiori addite minorem. ſed log. tantum docens eſt incompleta. log. utens eſt cõpleta. ergo ſi log. eſſet ſcientia, magis eſſet ſcientia ab eſſe ſuo perfecto. ſ. inquantum utens, quam inquantum

eſt docens

eſt docens. minorem probo. log. docens dicit tantum cognitionem. utens autem dicit uſum, & exercitium.

6. ratio. ℭ Sexto arguitur. Finis proprius, & eſſentialis non remouet rem ab eſſe ſuo perfecto, ſed complet illam, & magis perficit, ut patet in omnibus per inductionem hoc ſtante arguitur. illud magis ſcitum, & magis ſcientia, quod eſt finis proprius, & eſſentialis eius. Addatur minor, ſed logica utens eſt finis log. docentis, ergo uerius & magis ſcientia eſſet log. utens quam docens. maior patet per præſuppoſitum. minor eſt Ariſt. primo topic. capite ſecundo.

Aditio Sarnenſis ℭ Diceret aliquis iterum quod uerum eſt logicam utentem dici ſcientiam, quia eſt una ſubiecto cum log. docēte, tamen non eſt ſcientia ut utens: contra hanc reſponſionem iterum arguo, illud uerius, & melius ſciētia ſeu ſcitum, quod inquantum ipſum facit, perficit, & reddit aliud eſſe perfectius, & uerius ſcitum, ſeu ſcientiam. addatur minor. ſed log. utens ut utens facit docentem dici magis uerius, & perfectius ſcientiam ergo Log. utens ut, & inquantum utens eſt ſcientia immo magis. probatur minor, nam log. utens ut utens eſt finis log. modo finis perficit quæ ſunt ad finem.

## IMPVGNATIO SCOTI de prima ſua concluſione .ſ. Logicam docentē eſſe ſcientiam.

PROBAVIMVS Contra Scotum eiuſque deſēſores quod omnino ſua ſecunda concluſio eſt falſa in qua tenebat log. utentem non eſſe ſcientiam ſuppoſito, quod log. docens eſſet ſcientia. Remanet ut contradicamus ſuæ pri. & 2 cōcluſioni. ſ. log. docentem eſſe uere, & proprie ſcientiam, & erit completa refutatio ei9.

Notandū ℭ Pro prima ratione, Notandum eſt, Quod finis logice docentis proprius & eſſentialis ſit uſus, & exercitiū ipſius ad artes, & ſcientias. Probatur Auth. & ratione.

Authoritates. ℭ Auth. pri. Top, cap tertio dans Ari. finem quęſitorū & Problematum logicalium dicit quod eſt auxilium, & adminiculatio, uſus, ac exercitatio ad artes, ſed quæſita ac problemata logicalia pertinent ad logicam docentem, ergo uſus, & exercitatio Quęſitorum, & problematum logicalium eſt finis log. docentis. minor probatur quia illa Quęſita, & Problemata, ſunt ignota docenda non Niſi in logica docente.

Ratio. ℭ Probatur Ratione, illud eſt finis proprius eſſentialis, ac quidditatiuus alicuius, ſine quo definiri non poteſt. Addatur minor, ſed log. docens non poteſt definiri ſine uſu, exercitio, & adminiculatione, ergo finis proprius log. docentis non eſt niſi uſus, exercitiū, & adminiculatio. ſi negabunt minorem, Dicas eis ut definiant log. docentē alia optima, perfecta def. nunquam definient.

Sarnens ℭ Diceres, definitur ſic log. docens eſt ſcientia regularum, & inſtrumentorum logicalium.

Deceptio quorūdā. ℭ Deciperent ſe qui aſſererent hoc, nam putando definire log. docentem ſine fine, ponunt eius finem, cum dicunt regulas, & inſtrumenta, regulare eſt finis, inſtrumentari eſt finis, unum, & idem eſt, ac ſi dicerent uſitari, exerceri, ac adminiculari, ſunt .n. nomina ſinonima.

Bene ergo Bal. non poteſt definiri log. docens ſine fine proprio. aliter def. manca. imperfecta, & non artificialis.

ℭ Ex his arguitur, log. docens non eſt aliud niſi ipſamet utens, ſed Logica utens per ipſum non eſt ſcientia, ergo neque docens, conſequentia probatur, quoniam quæ eſſentialiter ſunt, idem eſſe, eandem quidditatem, & def. habent, & per conſequens nomen idem. Ratio.

ℭ Secundo arguitur, a Maiori ad minus ualet arguere deſtructiue per regulam topicam. Tunc ſic de quo magis uidetur ineſſe & non ineſt neque de quo minus, ſed log. utens uidetur eſſe. & dici magis ſcientia, quam docens, & non eſt ergo neque docens: minorem probo. Bal.

Illuſtribus mediis. ℭ Primo, quia utens eſt illa quæ eſt per ipſum acquiſita, & facta modo ſcientia illa quæ fit primo poſt. 7. 6. & 4. Docens facit ſcientiam per ipſum, ergo in tantum dicitur ſcientia inquantum facit ſcientiam. quare principaliter ſcientia dicitur. (ſi diceretur) ipſa log. utens, ſed non eſt ut ipſe met. tenet. Pri. ratio

ℭ Secundo probo alio medio illud uerius tale, & magis tale, quod eſt finis eſſentialis, perfectius illo, ſed logi. utens eſt finis eſſentialis log. utententis, ergo uerius ipſa diceretur ſcientia, quam docens, ſed non eſt, ergo neque docens. Secūda rō.

ℭ Tertio arguitur ad principale, Quod log. docens nō eſt ſcientia. ſcientia eſt cognitio acquiſita, log. docens non eſt cognitio acquiſita ergo non eſt ſcientia, maior eſt Ariſt. pri. poſt. 7. & pri. phy. pri. minor probatur, fit, & acquiſitum, ſunt uoces paſſiue, docens eſt uox actiua, ergo non poſſumus dicere quod log. docens ſit acquiſita, & fiat, ſed quod ipſa faciat & tradat ſcientiam. Hec argumenta ſufficiant contra Scotum. Pro impugnanda eius opinione. infra ponentur aliæ fortiſſime rationes ad probandum logicam ipſam quolibet modo conſideratam penitus ſcientiam non eſſe. Tertia rō

## IMPVGNATIO SCOTI Dicentis Logicam vtentem docere, Communiora, & uniuerſaliora ſeu eſſe ex communibus, & vniuerſalibus.

DICIT Scotus aliud Abominabile, & falſum .i. logicam utentem uerſari tractare communiora, & uniuerſaliora, ac eſſe ex communioribus, & uniuerſalioribus. Probatur Auth. exemplo. & ratione. Primo arguatur Auth. primo de partibus animalium capite primo ubi dicit Autem quamlibet artem debere uti peritia .i. logica utente, melius log. uſitate .declarans ſe quid intelligat per peritiam .i. logicam utentem. D. intelligo, logicam Docentem inſtru. propria, regulas proprias arti proprie, & ſcientie particulari, quare patet quod log. utens conſiderat propria & non communia. Prima rō. ex auth.

ℭ Secunda Auth. eſt eiuſdem Ariſt. 2. meth. 15. ubi uocat logicam modum ſciendi attributum ſcientie particulari, & proprie, & loquitur de logica utente. 2. auth.

Tertia

3. auth. ℭTertia Auth.eſt Ariſt.pri.Ethi.2.& 2.Ethi.2. ubi dicit certitudo in omnibus hoc eſt ſcientiis non eſt eodẽ modo perquirenda.per certitudinem intelligit logicam utentem ergo ſi logicam utens non eodem modo in artibus ergo propria ,& ex propriis.

4. auth. ℭQuarta Auth.eſt Ariſt.pri.Top.cap.3.ubi uult logicam utentem adminiculari ad hoc ,uel illud indifferenter,ergo log.utens propria conſiderat.& ex propriis eſt.

2. rõ ab exemplo. ℭSecundo arguatur Exemplo.Primum exemplum eſt Ariſt.primo phy.2.ubi docet logicam utẽtem propriã Arti,& ſcientiæ Naturali:dicens log.utens uſitanda in phy.eſt cognitio demonſtrationis quia,a talibus eſſe ſtibus .ſ.confuſis ut generatio motus & alia,pri. phy ſien. 5 5.

2. exemplum. ℭSecundum exemplum eſt 2.phy.17.ubi docet logicã utentem propriam naturali.ſ.modo definiẽdi naturali.

3. exemplum. ℭTertium exemplum eſt primo.de anima 11. ubi docet proprium modum ; logicam utentem , & particularem.

4. exemplum. ℭQuartum exemplum eſt 6.Meth.2 ubi docet logicã utentem propriam Metaphiſico. quare patet logicam utentem eſſe circa propria.

Ratio ad idem. ℭRatione etiam poteſt probari:ſupponatur uſum eẽ relatiuum ad id cuius uſus.addatur minor.ſed non datur ſcientia communis & uniuerſalis ad quam fiat uſus ſed tantum particularis,& propria.ergo non daẽ uſus communis & uniuerſalis.i.non datur log.utens ,& uniuerſalis.ſed propria &.ex propriis.

2. ratio. ℭSecundo arguitur illa cognitio eſt circa propria & ex propriis que eſt particularis;ſed log.utens eſt particularis cognitio.probatur auth.Auerro.2. phyſicorum a 6;qui uocat log.utententem,log.particularem.ergo logica utens eſt circa particularia hoc eſt propria.

3. ratio. ℭTertio arguitur,ad deſtructionem uniuerſalis ſufficit deſtructio unius particularis.tunc arguo logica demonſtratiua utens eſt ex propriis , & circa propria, ergo log.utens non eſt ex communibus. probatur antecedens. Demonſtratio ſemper ex propriis nunquam ex communibus pri.poſt.9.68.&.72.

### DEFENSIO QVORVNDAM iuniorum pro ſupradicta opinione ſcoti.

QVIDAM Expoſitores ſcoti uolunt tueri ipſum,& dicunt,quod ſcotus quando dixit logicam utẽtem procedere,eſſe,uerſari circa communia,non intellexit ,quod logica utens arguatur,ſyllogizet & demonſtret per rationes communes,& per media communia. ſed intelligit quia eſt de inſtrumentis communibus ,docet inſtrum.communia omnibus Artibus & ſcientiis.

### CONFVTATIO HVius defenſionis.

Cõfutat. ISTA Tutela,iſta defenſio eſt ipſius met ſcoti in queſtione 2.uniuerſalium,& in pri.Queſtione Elen. ſed non remouet ipſum a contradictione nec a falſitate Quod non remoueat ipſum a contradictione probaẽ, nam dicit clare ,& aperte ſcotus,quod ideo log. utens non eſt ſcientia quia procedit per rationes communes per media communia ,& docet argumenta per media communia.ecce ut infra clarius dicem',quod non dicit ſcotus quia docet inſtrumenta communia.

Impugnatio alia. ℭQuod autem hec Tutela ſit falſa probatur.ſi non intelligeret ſcotus quod log.utens docet communia ,i. procedit a mediis communibus in docendo ſua inſtrumenta,ſequeretur quod ratio ſua facta ad probandum log. utentem non eſſe ſcientiam non ualeret ,probatur quia ſcientia ſumit eſſe a medio acquiſita pri.poſt.7.Aue. pri.phy.pri.non autem a ſubiecto conſiderato cõmuni uel proprio.& quod ſit uerum confirmaẽ exẽplo, lib: phy.docet,tractat communia,imo communiſſima omnibus rebus naturalibus. tamen eſt ſcientia, non ualet docet communia ergo non eſt ſcientia.ultra de Mate. q docet principia quedam communiſſima tamen non ualet .ergo non eſt ſcientia .

Dubitat. ℭDices que principia docet communiſſima ,R. inter alia eſt hoc.ſ.ſi ab equalibus equalia demas ea que remanent ſunt equalia ,& hoc.totum eſt maius ſua parte. Vltra etiam Met.docet principia que debent eſſe credita ab omnibus artibus 2.met.pri. 4.met.8.non ualet ergo non eſt ſcientia.

Dubitat. Queres unde eſt quod ſcientia non attenditur ad ſub. neque ſi uſitatur aut nõ ut dicatur , uel non dicatur ſcientia. R.quia eſſe ſumitur a forma , & tale eſſe, modo forma ſcientiæ non ſub.ſed medium.predicata eſſẽtialia de ſubiecto ,ideo non attenditur ſcientia ad ſub. ſed ad medium, & predicata de ſubiecto ut dicatur uel non dicatur ſcientia.

### SECVNDA DEFENſio aliorum pro eadem opinione ſcoti.

SVNT Alii uolentes tueri ſcotum aliter,& ſumunt ab ipſo in prima Queſt.Elencho. & forſan erit opinio Diui Thome.

ſuppoſitũ ℭSupponunt pri.log.habere tres partes.Demõ.Topicam.& ſophiſticam & quod pars illa quæ demonſtratiua eſt,docet demonſtrationes ex propriis , & procedit per propria,eſt ſemper docens,& uocatur abſolute , & tantum ſcientia.ſed Topi.& ſophiſtica inquantum docent ſuos ſyllogiſmos ſunt ex propriis,ambe ſunt ſcientie,inquantum uero utuntur illis ſyllogiſmis,& conſtruunt illos ex communibus ſic ſunt utentes & non ſcientie.quo ſtante reſpondent pro defenſione ſcoti hoc pacto,

Reſp. ex ſuppoſito Quod quando.d.ſcotus log.utentem non eſſe ſcientiam non intendit log. demonſtratiuam ,quia illa ſemper docens eſt ,& ſemper ſciẽtia.ſed intelligit Topicã, & ſophiſticam.

Confutatio

## CONFVTATIO HVIVS Reſponſionis.

ISTA Opinio peccat multipliciter. primo peccat in hoc quia dicit Artem demonſtr. non diuidi in docentem, & utentem. imo dico aliud quod non modo Demonſtratiua debet dici utens ſed magis, & principaliter utens ut ſic arguatur.

Ratio qđ demõſtratiua magis utens. ℭ Illa pars logices magis debet dici utens qua naturaliter utimur magis quam illa, qua accidentaliter utimur, ſed Demonſtratiua utimur naturaliter. Top. & ſophiſtica accidentaliter, ergo magis utens dici debet demonſtratiua quam Top. & ſophiſtica. maior probatur quia prod per ſe & naturaliter uerius tale, quam quod per accidens eſt, & preter naturam, minor eſt Ariſto. 2. met. 15. naturaliter deſideramus ſcientias per demonſtrationem, Topicam autem deſideramus per accidens, hoc eſt propter malam naturam adiſcentis, propter malam conſuetudinem.

Secunda ratio. ℭ Secundo arguitur, illud magis tale quod magis proprium. ſed ſcientias uti arte demonſtratiua, log. eſt magis proprium quam uti Top. & ſophiſtica. ergo demonſtratiua uerius dicitur utens quam Top. & ſophiſtica. maior de ſe uera. minor probatur, quia ſcientia definitur per demõ. & in defin. demõ. ponitur ſcientia modo quæ ponuntur in def. uera, & maxime propria dicuntur.

Tertia rõ. ℭ Tertio arguitur ſi demonſtratiua pars non eſſet utẽs ſequeretur quod eſſet inutilis conſequens falſum. ergo antecedens. probo conſequentiam, quoniam finis artis demonſtratiue eſt uti, alio uocabulo adminiculari.

Quarta ratio. ℭ Quarto arguitur illa pars log. dicitur utens, que modus ſciendi dicitur, ſed Demonſtratiua modus ſciendi dicitur ergo demonſtratiua dicitur utens. maior ab omnibus ſcotiſtis conceditur. minor probatur per Ariſt. 2. met. 15. impoſſibile acquirere ſcientiam, intelligit perfectam, & modum ſciendi intelligas perfectum etiam, ſed tale non eſt niſi demonſtratio: Probatur quia alie artes non dicuntur modi ſciendi, ſed uel opinandi uel decipiendi.

Quinta ratio. ℭ Dubitabis, Auer. 2. Met. 15. per modum ſciendi quamlibet partem logices uſitatam intelligit, quare ergo exponimus per modum ſciendi unam partem log. quæ demonſtratiua eſt.

Sexta rõ. ℭ Notan. pro Reſponſione Auer. in Epi. log. cap. de termino uult quod quando nomen aliquod analogum ſimpliciter profertur, primo, & per ſe intelligendum de nobiliori, ut ſi dixero. Regem maximum, intelligo de noſtro Rege Philippo.

Bal. Peccata eorum q defendũt ſcotum. ℭ Secundo peccat illa opinio, quia contradicit ſcoto. probatur dicit ſcotus pri. Elenc. queſt. prima quod quemadmodum aliæ partes log. diuiduntur in docentem, & utentem. ſic etiam ipſa Demonſtratiua, quare contradicunt ſcoto dicentes partem demonſtratiuam non diuidi in utentem, & docentem.

ℭ Vltra quod contradicat ſcoto probatur, uult ſcotus quod log. docens ſit ſcientia, addatur aliud, ſed non poteſt eſſe ſcintia niſi utatur parte demonſtratiua quia hec ſola facit ſcientiam. ergo ad mentẽ ſcoti quelibet para log. dicit docens, & utens.

ℭ Tertio iſti ſic dicentes contradicunt ſibi ipſis, uolunt quod in tantum dicatur aliqua pars, logices utens inquantum utitur ſuo inſtrumento quod declarat: Addat aliud ſed demonſtratiua ſcientia utitur inſtrumento demonſtratiuo, ergo ars demonſtratiua dicitur utens,

ℭ Quod autẽ ars demonſtratiua utatur, inſtr. demon. clarũ, qa aliter ocioſa, & inana eſſet.

ℭ Quarto, & ultimo errant in ſuppoſito, quia falſum eſt, & contra Ariſt. & Auer. Dicunt logicam in tres partes diuidi cum diuidatur in quinque, ſ. demõ. Top. Sophi. Reth. & Poetur patet per Ariſt. in libris ſuis log. & per Auer. in prefatione Epith. log. Qua propter cũ hec opinio ſit tantum Eronea, omittatur.

## IMPVGNATIO SCOti Dicentis Logicam docentem eſſe ex propriis.

FALSVM Eſt etiam aliud dictum ſcoti dicentis logicam docentem eſſe ex propriis, Pro notitia ſuppono unum. Quando dicit ſcotus logicam docentem eſſe ex ꝓpriis unum de tribus intelligit uel ſibi dẽt intelligere, Hoc eſt, uel intelliget, quod doceat inſtrumenta propria. Vel quod doceat hec inſtrumenta ex medis & rationibus propriis, uel & 3. intelligit utrunque, ſi intelligit primo modo, falſum eſt quia inſtrumẽta illa que docentur in log. ſunt communia omnibus artibus, & ſcientiis ut abunde dixi in prologo Auer. lib. poſt. ſi uero intelligit 2. modo, falſum eſt, quoniam non poteſt ars aliqua docere communia ex propriis, quia non demonſtraret cum non eſſent conuertibilia. ſi intelligit utrumque falſum, ut patet ex his, quæ iam dixi, quare cũ alio pacto non poteſt intelligi ſua opinio, relinquitur quod ſit falſa. Falſa quẽ dicit ſcot.

## DEFENSIO HVIVS Dicti pro Scoto.

CONANTVR Quidam ſoluere has rationes ſupponentes unam diſtinctionem quod proprium duobus modis dicitur, uel ſimpliciter uel ſecundum qd. Propriũ ſimpliciter eſt illud quod ſemper eſt. proprium cuilibet applicatum. Proprium ſecundum quid eſt illud quod uno modo eſt proprium, alio modo commune. Sarnẽſis.

ℭ Exemplum riſibile in homine proprium dicitur quia conuertitur cum homine. eſt etiam commune, quia omnibus competit, Quo ſtante reſpondent pro ſcoto q quando dixit log. docentem eſſe ex propriis intellexit quod docet inſtrumenta propria accipiendo propriũ ſecundum quid, Et intellexit etiam quod procedat a medis propriis

diis propriis ſecundum quid. que alio modo dicuntur
communia. declaro docere inſtru. proprium eſt log.
uti mediis ad docenda inſtrumenta, proprium eſt log.
Quare log. docens eſt ex propriis .i. ſibi tantum & non
aliis competentibus, accidit tamen quod hec propria
reſpectu qua deſeruiunt omnibus artibus ſicut commu
nia, quod non inconuenit quia idem ut dixi poteſt eſſe
proprium, & commune diuerſorum.

## IMPVGNATIO HVIVS falſe defenſionis.

PRO Impugnatione Horum ſic dicentium, ſciendũ
eſt quod Bal. arguit a conceſſis ducendo ſcotum in
contradictionem ſi non poteſt in omnibus ducere ad
falſitatem. Pro quo not. quod ſi ſaluas hoc pacto ſcotũ
contradico ego in alio, in quo non poteſt defendi: dicit
ſcotus ꝙ log. utens eſt ex communib⁹, & non ex propri
is contra, que per ſe uni, & conuertibiliter illud dicit
eſſe proprium illi, addatur minor, ſed procedere ex co
munibus, & uerſari circa communia eſt per ſe, & con
uertibiliter competens log. utenti. ergo uerum erit dice
re log. utens eſt ex propriis. quemadmodum uerum erat
dicere log. docentem eſſe ex propriis. quo ſtante ſeque
retur, quod ſi eſſe ex propriis faceret. ſcientiam, log.
utens eſſet ſcientia quod falſum eſt. ex quo conclu
do quod ſufficit Bal. ſi in uno non dicit falſum. ſcotus
ut per aliud ſibi contradicat.

## RESPONSIONES AD rationes Scoti probantes logicam docentẽ eſſe ueram ſcientiam.

RESTAT Reſpondere ad rationes Scoti. Ideo
ordinate reſpondeamus, ut ſolemus, & primo ad
primam. in qua arguebat hoc pacto.
¶ Illa cognitio eſt ſcientia in qua plurima Quæſita per
demonſtra. concluduntur, concedatur. Sed in log. plu
rima Quæſita per demõ. concluduntur negat hoc.
Ad probationem reſpondetur, quod non eſt uerum, pa
ſſiones aliquas de ſyllo. demonſtrari in lib. priorum.
Ad aliam probationem huius .ſ. quod demonſtrantur
Aditio per definitionem ſyll. R. negando ipſam.
Sarnenſis ¶ Dices, ſi medium extiterit def. tunc fit demonſtratio.
prim. poſt. co. 11. & tex. 64.
¶ R. Quod eſt uerum quando eſt def. nota naturaliter
entis perfecti tendens ad ignotum naturaliter, modo
def. ſyll. & aliorum que in log. docentur, non eſt nota
naturaliter, & entis perfecti tendens ad concluſionem
ignotam naturaliter, ideo poſita pro medio nõ facit de
monſtrationem. quod autem hoc, quod dixi ſit uerum
infra latius manifeſtabo.
Bald. ¶ Queres in quot peccat hæc ratio ſcoti. R. in tribus.
Primũ peccatum. ¶ Primum eſt, quia aſſerit ſubiectum log. eſſe ſyll. cũ
ut ſupra probaui, erant 2. intellecta ut inſtr. notificandi.
¶ Secundum eſt quia aſſerit paſſiones de ſyll. demon- Secundũ peccatum
ſtrari, cum debebat dicere. Notificari. probatur, ſi paſ-
ſiones ille .ſ. eſſe ex tribus terminis, eſſe in modo, & fi
gura demonſtrarentur de ſyll. ſequeretur quod idem
demonſtraretur per idem, quare eſſet petitio in princi
pio, conſequens abſurdum ergo antecedens. Probatur
conſequentia quando demonſtras illas paſſiones de ſyl
lo. per def. ſuam, aut ſumis in def. ſyll. aut non, ſi non er
go def. ſyll. quam accipis ꝓ medio erit imperfecta. qua
re non poterit eſſe medium. ſi uero ſumis in def. deſer-
uient pro medio. tunc ſic, quod ſumitur pro medio, &
pro concluſione, idem eſt probans, & probatum quare
eſſet petitio Principii. ut .d. Ari. 2. prio. capite 17. Defenſio
¶ Diceret aliquis, quod non ſequitur conſequentia, ſi ſcoti.
ille paſſiones non ſumuntur in def. ſyll. ergo def. ſyllo.
eſt impfecta. qa ſyll. non diffinit̃ per illas tres paſſiones.
¶ Hec defenſio eſt nulla ideo contra eam arguatur, Illa Impugna
def. eſt imperfecta in qua deficit aliquid, quod eſt de eſ- tio.
ſentia definiti ſed ille tres paſſiones ſunt de eſſentia de-
finiti quod eſt ſyll. ergo ſi non ponerentur in def. ſyllo.
eſſet def. ſyll. imperfecta minor probatur, illud eſt de
eſſentia 7. met. 43. ſine quo res non eſt, ſed ſine illis tri
bus, ſyllo. non, eſt ergo ille tres paſſiones ſunt de eſſen
tia ſyll. minor eſt Ari. pri. priorum cap. de tribus figu
ris. pri. poſt. 23.
¶ Diceret ultra aliquis per Au. in queſito poſt. de tripli Aditio
ci genere def. in ordine ad demõ. & Ari. pri. poſt. 64. sarnẽſis.
Def. perfecta nõ eſt medium, ſed una eius pars, que. ſor
titur uicem medij. Altera uero pars ſortitur uicem con
cluſionis ex quo ſequitur quod quamuis illa tria ponun
tur in def. ſyll. nihilominus poſſunt demonſtrari ut ſco
tus aſſerebat.
¶ Defenſio iſta pro ſcoto nulla eſt. Ideo notandum qđ Impugna
definitio tota, que eſt demo. ſola poſitione differens cõ tio.
ſtat ex duplici parte prima uocatur a quibuſdam def. Pri. notã:
formalis, & eſt illa que dat propter, quid exiſtens me
dium, que notiſſima eſt. 2 pars def. eſt illa, que eſt con
cluſio ab aliquibus uocata materialis, que ignota natu
raliter eſt.
¶ Secundo notandum eſt quod def. data ab Ari. in pri. 2. notãdũ.
priorum cap. pri. eſt medium demonſtrationis proban
tis aliquas paſſiones de ſyll. (dico hoc ad mẽtem ſcoti.)
¶ Tertio notandum quod in illa def. que medium eſt 3. notãdũ.
includuntur ille tres paſſiones. ſ. eſſe in figura, in mo
do, & ex tribus terminis. Probatur hoc ſuppoſitum,
Quando .d. Ari. in illa def. {Poſitis intelligit in modo &
figura collocatis pro conceſſis. Quando uero .d.
{Quibuſdam. intelligit. ſ. tribus terminis, & duabus
propoſitionibus ut ſe met declarat primo prio. cap. 5.
& pri. poſt. 24.
¶ Quarto notandum quod def. perfecta dicitur duo- 4. notan.
bus modis uel quia Tota eſt. ſ. ex illa que medium, &
ex illa que concluſio eſt. & ſic eſt illa que dicitur demon
ſtra: ſola poſitione differens. uel dicitur perfecta, quia
eſt forma dans eſſe, dans propter quid, ac notiſſima,
& eſt illa tantum, quæ medium eſt. Ex quo ſumitur
quod neque pars aliqua Deffinitionis que medium eſt

poteſt demonſtrari. Ex his omnibus arguitur contra iſtos defendentes male ſcotum.

Ratio ex ſuppoſitis ❡ Illa Def. non poteſt concludi, neque aliqua eius pars que medium eſt in demonſtra: Sed eſſe ex tribus ter. duabus propo. eſſe in modo, & figura, ſunt partes def. que medium ut ſupra probaui, ergo eſſe ex tribus ter. ex duabus Prop. in modo, & figura non poteſt concludi, & demonſtrari. quia ſequeretur, ut dixit Bal. quod in demonſtratio. peteretur in principio.

Dubitat. ❡ Vltra dubitaret aliquis ex Auer. in Epi. log. cap. de ſyllo. ubi .d. quod in def. ſyll. ponuntur quedam, que ſunt medium demonſtra. quedam uero que ſunt concluſio. ergo uera defenſio ſcoti.

Reſpõſio ❡ R. quod Auer. accepit ibi demonſtrationem large & communiter, pro eo quod dicimus notificationem.

Alia reſp. ❡ Vel R. aliter, quod non dixit, quod aliqua ſimpliciter ſint medium in demonſtra. ſed dixit uicem optinent principii modo illa particula uicem ſignificat diminutionem, quaſi uelit dicere quod partes def. ſyll. non ſunt uere medium, ſed quaſi, ſeu ad ſimilitudinem medii.

Bal. Dubitat. ❡ Diceres, ſi Ari. non demonſtrat illas paſſiones de ſyllo. imperite, & inartificialiter facit. probatur, quia qđ ignotum eſt debet artifex demonſtrare, modo illas tres paſſiones ineſſe ſyllog. eſt ignotum. ergo Ar. debet demonſtrare.

Reſponſ. ❡ R. tamen not. quod ignotum eſt duplex. Quodam ignotum naturaliter. & hoc eſt illud quod uenatur per Demonſtra. primi poſt. comm. primo, & ſecundo poſte. com. pri.

❡ Quodam eſt aliqualiter ignotum, & hoc non demõſtratur, ſed declaratur, & Notificatur, ut puta per exemplum. per inductionem, & per alia. quo ſtante dicatur, quod illas tres paſſiones in eſſe ſyll. non eſt naturaliter ignotum ſed aliqualiter. ideo Ariſto. non demonſtrat, ſed notificat ut dicit Auer. pri. prio. 28.

Reſponſ. Ad 2. rõnem, ❡ Ad ſecundam Rationem ſcoti R. negando Antecedens .ſ. logicus eſt ſciens. quia quemadmodum negam⁹ log. eſſe ſcientiam, ita etiam negamus logicum eſſe ſcientem, quod Antecedens negatum nunquam ſcotus probabit.

Sarnẽſis, ❡ Diceret aliquis probatur antecedens. ſi logicus non eſſet ſciens, ſequeretur quod eſſet ignorans. ſed conſequens eſt abſurdum, ergo antecedens. probatur conſequentia, quia de duobus oppoſitis ſi unum uerum reliquũ falſum, & e contra pri. perier. cap. 4.

❡ R. tamen Notandum, quod (ut infra latius dicemus) eſſe ſciens ſtat bifariam, uel proprie, ut eſt ſciens qui dicitur demonſtrator, uel comuniter pro habente quamlibet cognitionem, quolibet inſtr. acquiſitam. tunc dica ſ ꝙ Bal. Negat Antecedens. ſ. de ſciẽte ꝓprie dicto, ex

pri. reſp. quo non ſequitur conſequentia ergo logicus eſt ignorans, ſed bene ſequeretur ſi loqueretur de ſciente communiter.

2. reſpõſ. ❡ Vel dicatur, quod eo modo quo unum oppoſitum intelligitur, eodem modo, & aliud intelligi debet. tunc dicatur quod ſequitur conſequentia, ergo logicus eſt ignorans. i. non demonſtrans. quia per ſcientem, intendebat demonſtrantem.

RESPONSIONES AD RAtiones ſcoti, Probantes logicam dictam ab ipſo utentem, non eſſe ſcientiam.

Bal. SOLVIMVS illas rationes Scoti, que probabant logicam docentem eſſe ſcientiam. Remanent modo ſoluende alie rationes eiuſdem, probantes log. utentem non eſſe ſcientiam, ideo ordinate reſpondendo ad ipſas primo reſpondeamus ad primam.

Reſponſ. ad pri. rõnem ſco. ❡ Arguebat ſcotus, illa eſt ſcientia que ex propriis procedit, concedatur hec maior. Sed log. utens procedit ex communibus, & non ex propriis, negatur hec minor: Do cauſam negationis, quoniam log. utens utitur his que docens logica docuit, ergo utitur propriis ſibi. Ad probationem ex Ari. primo phi: 8. dicatur quod nõ eſt ad propoſitum, quia Ari. ibi nõ loquitur de log. ſed de rationibus probabilibus quas logicas appellat.

Dubitat: Reſpõſio. ❡ Queres ſi procedere ex communibus non eſt munus logice utentis, cuius ergo erit. R. quod eſt cuiuſdam habitus miſti ex arte, & log. qui uocatur, qualitas ut in prologo pri. poſt. diximus.

Dubitat. & reſpõſ ❡ Dices in quo peccat Ratio ſcoti. R. in tribus. Primũ eſt, quia quod Ari. pro parte accepit ipſe intellexit pro toto. nam in pri. phi. 8. per rationes logicas intellexit unam partem log. ſ. topicam. ſcotus autem acepit totã logicam. quod eſt contra Ar. ut patet pri. top. primi dialectica que eſt una pars log. habet uiã ad principia omnium artium.

❡ Secundum eſt, quia quod Ari. uocat habitum logicum, ſcotus proprie uocat logicam. quod non eſt uerũ.

❡ Tertium eſt. aſſerẽs logica in utentem procedere ex communibus quod falſum eſt, ut ſupra probaui.

Ad 2. rõnem. ❡ Ad ſecundã rationem ſcoti R. quando dicebat, modus ſciendi non eſt ſcientia concedatur. ſed logica utẽs eſt modus ſciendi Negatur, quia non debebat dicere logicam utentem eſſe modum ſciendi, ſed debebat dicere abſolute, & ſimpliciter logicam eſſe modum, & inſtr. ſciendi.

Sarnens. ❡ Queres in quo peccat hec ratio ſcoti. R. quod peccat accipiendo ſecundum quid, id quod eſt ſimpliciter,

❡ Ad tertiã rationem R. quando dicebat ſcientia dicitur a ſciendo, concedatur hec maior pro nunc. ſed log. utẽs dicitur non a ſciendo, negatur hec minor, quia non tantum log. utens non dicitur a ſciendo ſed logica in communi, & uniuerſaliter ſumpta. quare peccat eodem modo ſcotus quo modo peccauit ſupra.

Ad. 4. rationem. ❡ Ad quartã rationem R. quando dicebatur, uſus ſciẽtie non eſt ſcientia concedatur hec maior, quamuis habeat multos ſenſus. ſed log. utens eſt uſus logice docentis negatur. quoniam log. eſt uſus ad ſcientias, & artes alias. Vltra non logica utens eſt uſus log. ſed log. in communi, & in uniuerſali eſt uſus, ſeu modus, uel inſtr.

Cõcluſio ſcotum. ❡ Concludatur contra ſcotum quod quamuis rationes ſue uerum probent .ſ. log. non eſſe ſcientiam, tamen qa male, & imperite probant cum quodamõ peccent, uanam, & non defendendam eſſe ſuam opinionem.

❡ Opinio

## OPINIO ANTIQVORVM accademicorum an log. ſit ſcientia uel inſtrumentum.

ANTIQVI Accademici Duas concluſiones te-
nuerunt de log. quarum prima ē, quod log. inſe cō
ſiderata eſt pars philoſophie. ℂ Secunda cōcluſio ē,
quod log. ut eſt in uſu non eſt pars philoſophie ſed in-
ſtrumentum, Probant accademici utranque concluſio-
nem, & primo primam.
ℂ Illud eſt pars alicuius quod complet illud, ſed log. in
ſe ſeu per ſe conſiderata complet philoſophiam, ergo
logica inſe ſeu per ſe conſiderata eſt pars philoſophie.
minorem probabāt quoniam philoſophia idē quod co
gnitio, ſed log. perſe conſiderata eſt quedam cognitio.
ℂ Secundo accademici probant ſecundam eorum con-
cluſionem.
Perſuaſio ℂ Illud eſt inſtr. quod alteri deſeruit, ſed logica in uſu
quorūdā. conſiderata alteri deſeruit .ſ. philoſophie, ergo log.
in uſu eſt inſtr.
ℂ Multi ſuſpicati ſunt quod ad mētem accademicorū,
log. perſe eſt ſcientia. quando dixerunt quod erat pars
philoſophie.

## IMPVGNATIO OPINIONIS accademicorum, & perſuaſionis falſe quorundam.

Opinio ē diminuta OPINIO Accademicorum eſt partim diminuta,
partim impropria. partim falſa. Quod ſit Diminu-
ta probatur, quia non clare declarat quid debemus intel
ligere per logicam in ſe conſideratam cum (ut infra
abunde dicemus) log. per ſe, & in ſe conſiderata pluri
bus modis capiatur.
ꝙ ſit impropria. ℂ Quod autē ſit Impropria probat, illa opinio eſt im
propria que abutitur nominibus, hec opinio abutitur
nomine hoc .ſ. pars, nam accipit partem loco, & uice
ſpeciei. uolebant .n. dicere accademici, qđ log. erat una
ſpecies philoſophie. ut abunde aperiam in pri. phi. tex.
3. & 4.
ꝙ ſit falſa ℂ Quod opinio iſta ſit falſa probatur, non enim log. in
ſe non eſt modus, & inſtr. Sed eſt modus & inſtr. ut ar
guatur ſic, illud eſt in ſe, & per ſe tale, quod eſt tale in-
quantum ipſum. Sed log. ut, & inquantum log. eſt mo-
dus eſt inſtr. ergo in ſe, & per ſe log. conſiderata eſt mo
dus, minorem probo, quoniam per inſtrumentari defi-
niuntur que in ipſa docentur, & eodem pacto ipſa defi
nitur, quia que ponūtur in def. ſunt ſecundum quod
ipſum. pri. poſt. 37.
ℂ Errant etiam illi qui putant accademicos tenuiſſe lo
gi. eſſe ſcientiam, quoniam quamuis accademici dixere
log. eſſe partem philoſophie non ſequitur ergo dixere
eſſe ſcientiam, cum philoſophia non ſit ſcientia.

## RESPONSIONES AD duas rationes Accademicorum.

DVE Rationes quas fecere accademici non ſunt
uere, ideo ſoluamus ipſas.
ℂ Ad primam rationem . R. dicendo breuiter ꝙ log. Reſponſ.
quomodocunque conſiderata ſemper eſt pars philoſo- ad primā
phie, probatur quia ſemper eſt cognitio quedam, mo- rōnē ſco.
do philoſophia grece, latine cognitio.
ℂ Ad 2. rationem . R. concedendo maiorem. Negādo Ad 2. rō-
tamen minorem .ſ. quod log. ſit inſtr. philoſophie, ſed nem.
eſt inſtr. artium, & ſcientiarum, nam ſi eſſet inſtr. philo
ſophie, cum log. ſit pars phi. ſequeretur quod eſſet in-
ſtru. ſui ipſius.

## OPINIO PERIPATETICORUM Quorundam.

ALIAM Opinionem habuerunt peripatetici qui-
dam ab opinione accademicorum. Dixerunt quod
log. perſe erat pars philoſophie, & perſe erat inſtru. ad
philoſophiam.
ℂ Queres in quo differt hec opinio, ab opinione acca- Dubitat.
demicorum. ℂ R. quod differt in duobus, nam acca- Reſponſ.
demici dixtingunt logicam ſecundum dixtinctionem Pri. diffe.
rei, uel forſan, & melius ſecundum diſtinctionem docē
tis, & uſitate. Peripatetici autem nō dixtingunt log.
ſecūdum rem ſeu materiam, aut in docentem, & uſitatā
ſed ſecundum modum & formam conſiderandi, ex illa
dixtinctione, logica erit duplex .ſ. pro cognitione, & ꝑ
uſu. ex iſta autem eſt una, tamen ſecundum modum
conſiderandi diuerſum eſt dicta dupliciter.
ℂ Vltra differt in alio. quia illi dicebant ꝙ perſe non ē
niſi pars iſti uero dicunt quod perſe eſt pars & inſtr.
ℂ Queres 2. quomo. log. poteſt. eſſe pars philoſophie 2. diffe.
& inſtr. Reſpondēt dando exemplum de manu, manus
eſt pars corporis & inſtr. ad corpus. ſub diuerſa conſi-
deratione. pars quia integrans corpus Inſtr: qa deſeruit
ei hanc opinionem ſequitur Boe. ſuper Porph. & Aui. in
principio ſue log. Quā antiquitus credo habuiſſe plato.

## IMPVGNATIO HVIVS alterius opinionis.

HEC Opinio non eſt ex toto perfecta. Partim .n.
eſt diminuta. partim impropria, partim falſa, ut fu
it precedens opinio.
ℂ Quod ſit ꝑtim diminuta probatur quia nō ponit ua
ria ſignificata, & uarios modos accipiendi log. cum (ut
infra dicemus) pluribus modis capitur.
ℂ Quod autem ſit partim impropria probatur, quia ꝙ
debebant dicere ſpeciem dicunt partem, nam illud di-
citur pars quod integrat. illud dicitur ſpecies, que ſubi
citur, modo philo. eſt ut genus alie particulares philoſo
phie ſubiciuntur ei, quare log. ſpecies.

¶ Quod autem ſit partim ſalſe probatur, Dicit .n. qđ, log. ut eſt organica nõ eſt pars, ſeu ſpecies philoſophie cum ſit ſalſum, nam intantum eſt pars ſeu ſpecies in tantum eſt organica, ut arguatur ita.

¶ Intantum aliquod eſt ſpecies alicuius ſeu pars, inquã tum ſortitur unam differentiam que diſtinguitur ab aliis ſpeciebus ut.d. Porphi. cap. de diff. Differentia eſt qua ſpecies abundat a genere. Sed eſſe organicũ eſt propria differentia log. ergo log. intantum eſt ſpecies ſeu pars philo. inquantum organica.

¶ Vltra dicunt aliud falſum quod log. ſit organica ad philoſophiam. cum debebant dicere ad Artes, & ſcientias. ut in queſito ſuperiori prolixe diximus.

¶ Ad Exemplum adductum de manu R. quod manus in tantum eſt pars, inquantum eſt organum corporis: probatur quia aliter non diceretur pars, & ſi pars abſque ſuo officio diceretur, equiuoce diceretur. ut. d. Ariſt. in lib. de partibus animalium. Quod etiam exemplo probatur, ſit manus alicuius hominis mortua, certum eſt ꝙ illa manus nunquam uocabitur pars illius corporis, quia quod ammittit def. debet ammittere nomen illius def. ſed illa manus mortua ammiſit def. quia ammiſit operationem per quam definiebatur, ergo etiam ammittit nomen. ſ. non manus dicenda uniuoce, ſed manus equiuoce

## OPINIO PETRI HISPAni & eius Sequacium.

TENET Petrus Hiſpanus duas concluſiones de log. prima eſt. quod logica ſit Ars.

¶ Secunda concluſio eſt, Quod log. eſt ſcientia. perſuadet has duas concluſiones duobus mediis. quorum primum eſt.

¶ Primo de anima 49. a fine ſumitur nomen, ſed unꝰ finis log. eſt adminiculari ad Artes, ergo log. debet uocari ars.

¶ Secundo arguit eodem medio, a fine ſumitur nomẽ Sed finis alter logices eſt adminiculari ad ſcientias, ergo log. uocatur ſcientia. ex his infert quod, log. eſt ars, & ſcientia.

¶ Quod autem has duas concluſiones Teneat Petrus Hiſpanus, patet per definitionem quam dedit de logi. in qua dixit quod erat Ars Artium, & ſcientia ſcientiarũ.

## IMPVGNATIO HVIVS praue opinionis.

HEC Opinio eſt peſſima, & rationes perſuaſiue, quas facit nulle ſunt. Quod autem ſit peſſima & falſa probatur.

¶ Sexto Ethi. ſ. ars eſt cognitio rerum factibilium, ſed logica non eſt cognitio rerum factibilium, ſed intellectibilium. ergo log. non eſt ars. minor de ſe clara.

¶ Secundo arguitur, Ars eſt cognitio rerum ſingularium 6. ethi. cap. eodem, ſed log. eſt cognitio rerum uniuerſalium, regularum communium. ergo log. non eſt Ars.

¶ Tertio arguitur, Ars eſt cognitio eorum, quorum ẽ Fortuna. 6. Eth. cap. 5. in fine. ſed log. non eſt cognitio eorum quorum eſt fortuna, ergo log. non eſt ars minor ab omnibus conceditur. quia que docet log. nunquam fiunt a fortuna ſed a noſtro intellectu.

¶ Quarto arguitur, Ars eſt habitus quidam cum ratione uera factiuus ſed log. non eſt Habitus factiuus, ſed cognoſcitiuus, cum conſiſtat in cognitione, ergo log. non eſt Ars.

¶ Quod autem log. non ſit ſcientia fuit abunde ſupra probatum, & infra latius probabitur, ideo committatur.

## SOLVTIONES RATIOnum quas fecit Petrus Hiſpanus.

QVIA Vt dixi rõnes Petri Hiſpani ſunt nulle ideo ſoluamus eas. & primo ſoluatur prima in qua probabat logicam dici artem.

¶ Arguebat ita, a fine ſumitur nomẽ, cõcedatur. Sed finis log. eſt adminiculari ad artes negatur. quia eſt adminiculari ad ſcire ſeu cognoſcere, & ſi adminiculatur ad aliquas artes, non adminiculatur ad illas, ut artes sũt, ſed ut ſunt cognitiones aliquorum artificialiter, & perite inuentorum. Reſponſ. Ad 2. rõnem,

¶ Ad 2. R. quod nomen rei pro nunc eſt duplex. unum eſt ſimpliciter, & per ſe primo rei competens. aliud eſt metaphoricum, ſeu latine Tranſumptiuum, hoc ſtante dicatur, quod maior ſic conceditur, a fine ſumitur nomen, hoc eſt nomen translatum, Tranſumptiuum; non primo, & per ſe rei competens. & ſic minor concedatur in hoc ſenſu, logica dicitur ſcientia tranſumptiue, non primo, & per ſe, ſed Nos loquimur An log. ſit ſcientia per ſe dicta.

¶ Ex his ſequitur male definiſſe log. per artem, & ſciẽtiam, quoniam nomina Tranſlata abutenda ſunt in definitione ſexto Topic. capite ſecundo.

# OPINIO QVORVNDAM IVNIOTVM TENENTIUM LOGICAM UTENTEM, ſeu uſitatam, In quantum utens Et uſitata, eſſe ſcientiam.

NOVA Mihi uidetur opinio, imo poti⁹ poſitio extranea ut dicit Ari. primo Top. cap. 4. quam defendunt iuniores qui dam. ſ. log. utentem ſeu uſitatam, inquantum, uſitata eſt, dici proprie, & uere ſcientiam. Quam opinionem tum rationibus tum auth. nituntur confirmare. Unde pri. ſic arguūt.

¶ In tantum log. eſt ſcientia, inquantum eſt uia ad ſcientiam. Sed log. inquantum eſt utens ſeu uſitata eſt uia ad ſcientias. ergo log. inquantum utens eſt ſcientia. maior eſt ſumpta ex modo arguendi Ari. 2. phi. 14. ubi probauit generationem eſſe naturam, inquantum erat uia ad naturam. minor conceditur ab omnibus, & eſt Ariſto. ſecundo met. 15.

¶ Secundo arguunt pri. de anima pri, & 11. met. 6. pri. poſt. 179. quale ſub. alicuius notitie, talis eſt illa notitia; ſed ſub. log. utentis eſt ſcire, eſt ſcientia, ergo log. utens eſt ſcientia. minor eſt Auer. 1. celi 4.

¶ Dices quod ſi ſub. log. eſt ſcientia, non eſt ſub. log. utentis cōtra Ari. 2. met. 15. ſtultum modū ſciendi log. utentem ergo ſcientia eſt ſub. log. utentis, & non docentis.

¶ Tertio arguunt, Auer. in principio lib. porphi. uocat log. ſcientiam non poteſt loqui de docente diſtincta ab utente, quia non datur ergo loquitur de utente. ergo logi. utens eſt ſcientia.

¶ Quarto arguunt, quod eſt cauſa ſcientie illud uerius eſt ſcientia, pri. poſt. 5 ſed log. utens eſt cauſa ſcientie; ergo uerior ipſa eſt ſcientia. minor probatur. ſupponēdo prius log. eſſe cauſam ſcientie, tunc ſic non docens, quia illa tantum docet regulas, ergo utens, probatur quia non poteſt ſuum alio paſto log.

¶ Quinto, & ultimo arguunt a minori ad maius. Artes mechanice uocantur ſcientie, ergo tanto magis log. utēs cum ſit perfectior & nobilior.

## IMPVGNATIO HVIVS falſe opinionis iuniorum.

HEC Opinio horum eſt deterrima, quam infra latius reprobabimus, tamen pro nunc breuiter refutetur ita. Modus ſcientie non eſt ſcientia, ſed log. utens ſeu uſitata eſt modus ſcientie, ergo non eſt ſcientia maior ueriſſima, minor eſt Ari. 2. met. 15.

¶ Secundo arguitur, cognitio logicalis per ipſos non ē ſcientia. Addatur minor ſed log. utens non eſt aliud niſi cognitio logicalis qua utimur. ergo log. utens non eſt ſcientia. minor de ſe uera.

¶ Tertio arguitur, eo modo quod aliquod definitur eo modo nominatur, ſed log. utens definitur ut inſtr. ſciendi, & ſcientie, non ut ſcientia, ergo nō nominatur ſciētia log. utens, ſed potius modus ſciendi. maior eſt uera ex natura uniuocorum. minor ab omnibus conceditur.

## RESPONSIONES Ad Rationes in contrarium.

IMPVGNAVIMVS Opinionem iuniorum, modo ſoluende ſunt rationes eorū, quibus probabāt & confirmabant ipſam, more noſtro, ſolito ordinate, & diſtincte reſpondeamus. ſ. primo ad primam.

¶ Pro ſolutione prime rationis ſciendum, (quod ut ſupra dixi) Nomen multis modis eſt, tamen pro nūc eſt duobus modis.

¶ Quodam eſt nomen proprium, per ſe primo competens rei. exemplum, ut riſus in homine.

¶ Quodam eſt nomen Metaphoricum, translatum,

¶ Dices unde traſfertur. R. Auer. in Ep. log. capite de Tranſlatis; quod transfertur, ab agente, quandoque a fine. quandoque a parte ſui, quarto & ultimo traſfertur ab aliquo accidente.

¶ Secundo ſciendum eſt quod Hoc nomen ſcientia in cognitione demonſtratiua proprie attribuitur ut. d. Ar. ſexto Ethi. capite de ſcientia, ſi autem tribuitur ſuo inſtrumento hoc eſt metaphorice. his ſtantibus. R. gloſando maiorem log. inquantum dicitur ſcientia hoc eſt metaphorice inquantum eſt uia ad ſcientiam conceditur. ex qua maiore ſic gloſata ſequitur concluſio; ergo logica utens dicitur ſcientia metaphorice, Nos autem querimus an log. ſit uere, & proprie dicenda, & uocanda ſcientia. Ad probationem ex auth. Ari: R. quod ualet, quod generatio dicatur natura, nomine Tranſlato, & non proprio.

¶ Sic ad punctum Rationis Reſpondet Pal. & non ut ille non homo reſpondet. que reſponſio quam dat falſiſſima, & Tollenda eſt. Aditio Sarnēſis.

¶ Ad ſecundā rationem R. quando dicebant iuniores ex Auer. quod ſcire erat ſub. logice utentis intelligitur, quod ſcire eſt conceſſum. id eſt dari & inuenti. uel dicatur, quod quando dixit Au. quod ſcire eſt ſubiectū intellexit quod eſt finis intentus, & ſubiectus ac precognitus a log. Ad maiorem Rationis dicatur quod intelligitur de ſub. pro re conſiderata cuius principia partes & paſſiones docentur pri. poſt. 179. Bal.

¶ Ad 3. rationem pro Autho. Auer. dicatur quod uoca- ... ut ſcientiam

uit ſcientiam tranſumptiue, ſeu uis dicere metaphorice quod nos etiam concedimus.

¶ Ad 4 rationem. R. concedendo maiorem. ſ. quod id quod eſt cauſa ſcientie, uerius dicitur ſcientia, Tñ negatur minor. ſ. quod log. utens ſit cauſa ſcientie, quã minorem ſumebant pro ſuppoſito.

Dices ſi log. non eſt cauſa ſcientie. quid ergo erit. Reſpõdebimus infra, quod eſt inſtr. Et modus ſcientie.

¶ Ad. 5. rationem R. concedendo prius Regulam topicam. Tamen negando minorem, ſub regula poſitam. ſ. quod artes mechanice uocentur ſcientie, & ſi ab aliquibus uocantur, hoc accidit eis abuſiue non proprie. quare ſi log. uocatur ſcientia, non uero nomine, ſed Tranſumptiuo, ut infra latius dicemus.

## DECLARATIO QVESITI quantum ad precognitiones Terminorum.

QVEREBAMVS (ut uidiſtis) an log. ſit ars, uel ſcientia, ſeu inſtrumentum, aut potius facultas. in quo queſito uidimus opiniones aliorum, malas, imperitas, diminutas, falſas, atque penitus abominandas, uolẽtes nunc ueritatem ponere, ſoluendo aliorum calũnias.

Ordo procedendi.

¶ Prius declarabimus terminos noſtri queſiti.

¶ Sec. dixtinguemus ſignificata ſub. noſtri queſiti.

¶ Ter. declarabimus differentias inter log. naturalem, & artificialem.

¶ Quarto quaſdam concluſiones preponemus. & probabimus illas concluſiones.

¶ Quinto & ultimo ſi alique inciderint dubitationes illas ſoluemus.

¶ Quantum ad primum. ſ. de declaratione terminorũ, ſciendum eſt quod primus terminus declarandus eſt ly logica. ¶ Ideo Not. quod log. eſt nomen Grecũ deductum grece, a logos. quod latine ſonat ratio, apud alios ſonat Sermo. & quemadmodum ex logos, grece ſit log. ſic ex ly. Ratio, ſeu ſermo ſit rationalis. ratiocinatiua. Sermocinalis; ſermocinatiua. Poſita hac traductione facile eſt declarare quid nominis de eo, quod latine dicimus Ratiocinatiua, qui terminus eſt ſub. nri queſiti.

¶ Dicatur, & exponatur ſic. Ratiocinatiua. i. cognitio redditiua rationem. ſi autem dicis ſermocinatiuam, Dicatur, Sermocinatiua. i. cognitio regulatiua ſermonis.

¶ Secundus Terminus eſt ly Ars. ideo dicatur cum Ar. 6. Ethi. 5: Ars eſt cognitio, ſeu operatio factibilium.

¶ Tertius Terminus eſt ly ſcientia. Dicatur et exponatur cum Ariſt. 6. Eth. cap. de ſcientia. Scientia eſt habitus concluſionis acquiſitus per demonſtrationem.

¶ Quartus Terminus eſt ly Inſtrumentum. qui terminus ſic exponitur. Inſtrumentum eſt modꝰ inſtruẽs res. ex quo habetis, quod Inſtrumentum dicitur a uerbo latino inſtruo.

¶ Quintus, Et ultimus Terminus eſt ly facultas, qui terminus ſic interpretatur: Facultas eſt potentia artificialis cognoſcendi notificãdi inſtrumenta artibus, & ſciẽtiis neceſſaria.

¶ Ex precognitionibus horum terminorum, unicuiq; poteſt eſſe notum, quid ſit illud quod inquirimus. nam precognitiones quid nominis dicuntur ab Auer. dirigẽtes ut patet in Epi. logi. quoniam dirigunt ad inueſtigationem ueritatis queſiti.

## DIXTINTIO HVIVS ſignificati, & nominis. Logica.

QVAMVIS Supra aliqualiter Tetigimus multiplicitatem huius uocabuli ly logica, ad meliorem declarationem iterum pono ſignificata huius nominis de ly logica.

¶ Quatuor modis poteſt ſumi logica. Vno modo pro Inſtrumento declarato & manifeſtato in logica. uti per exemplum. Demonſtratio. que eſt inſtr. unum in log. expoſitum, poteſt uocari logica, ſeu logicum inſtrumentũ. & Hoc pacto nos non loquimur in noſtro Queſito. — Primus modꝰ, ſic logẽ Au. pri. celi. 7 8. phi. 70 4. phi. 84.

¶ Secundo modo poſſumus intelligere Habitum illum cognitionem illam, acquiſitam per log. ſeu modo logicali. uel rectius loquendo, inſtrumentis acquiſitis in log. Exemplum. ſcientia naturalis poteſt dici logica quia acquiſita eſt mediante demonſtr. que eſt inſtru. logicum. ut dicit Aug. Sueſſanus in pri. tex. pri. poſt. Neque ſic loquimur. — Secundus modus.

¶ Tertio modo Poſſumus intelligere Facultatem illam que docet regulas, canones, conditiones Inſtrumentorũ quibus ſcientie utuntur. & hoc modo partim loquimur in Noſtro queſito. — 3. modus ſic accepit Au. 3. ce. 4. & di ſp. pri. ſolu. 3. dubii. & 7. met. 42.

¶ Quarto & ultimo modo poſſumus intelligere Habitum illum acquiſitum, cognitionem illam habitã in Nobis per cognitionem regularum inſtrumentorum. quo habitu edocto, & qua cognitione acquiſita utimur poſtea in artibus, & ſcientiis & hoc modo etiam loquimur.

¶ Queres quare non loquimur de illis pri. duobus modis. R. ex Ari. pri. poſt. 76. quod id quod notum, & manifeſtum, non artificialiter demonſtrandum eſt. modo cum notum ſit quod logica ſumpta pro inſtrumento illo, quod edocetur in log. quod non ſit ars neque ſcientia, neque facultas, ſed ſimpliciter modus notificandi, iõ de illo non loquimur. eodem pacto dicimus de 2. modo quia etiam notum eſt, Quod Habitus ille Acquiſitus inſtr. ſi erit acquiſitus inſtr. demonſtratiuo eſt ſcientia. ſi ſyllo. Topica eſt opinio &c. ideo neque de ipſo loquimur, Reſtat (ut dixi) de duobus ultimis modis loqui.

¶ Vltra notate Aliam dixtinctionem. logica pro facultate docente inſtr. uel pro cognitione inſtrumentorum acquiſita poteſt intelligi, & capi duobus modis, uno modo comunis, & uniuerſalis omnibus ſcientiis, alio modo propria huic tantum, illi tantum ſcientie. ut ſumitur ex Au. 2. met 15. in ſuo proe. ſuper 12. met. in lib. de partibus animalium. 3. Eth. cap. 3. pri. de anima. ſ. pri phi. 8 Et 35. 2. phi. co. 16. 8. phi. 70. 7. met. 2. dictum fuit alibi quid

bi quid

bi quid per log.uniuerſalem,& quid per particularem

℃Queres de qua log. loquitmur .R. de log. uniuerſali primo,& per ſe. Secundario poſſumus intelligere de log.particulari,quia quod concludemus de log.uniuerſali,idem concludemus de log.particulari.

## DIFFERENTIE INTER log.Naturalem,& artificialem:

AVICENNA In principio ſue log.capite 2.diuidit log.in Naturalem,& Artificialem,quam dixtinctionem prius fecit Ari.pri.Elenc.cap.8. Idiota ſyllogizat naturaliter, ſine cognitione,ſed tantum per logicam naturalem. ℃Artifex ſyllogizat cum cognitione,& ſic per log.artificialem.ex Auer.pri. prior cap.5. 6.& 8.Figure,& modi ſyllogismi ſunt naturales,acquiſiti autem euadunt artificiales. Habetis ab Ar. nō ſolo modo de log.hanc diſtinctionem ſed de qualibet arte.2. Eth.pri.4.& .5.cap.omnis Ars eſt naturalis .i. inſita a natura. Poſtea artificialis.i.perfecta per regulas ab artifice tradditas.idem dixit Ar.pri.reth.in proe.ubi .d: quidam ſolo impetu naturali ſciunt.quidam per artem, & doctrinam.ſumitur etiam ab Ari.pri.ce:2.ars immitaſ naturam,ex Au.2.poſt.64.ex Ari.primo phi.2.

Dubitat. ℃Queres,utrum cognitio naturalis & artificialis in eadem ſubiecto,& re. Reſponſ. R.quod ſic,una.n.eſt utraque cognitio ſecundum materiam,dixtinguitur tamen una ab altera ſecundum differentiam formalem:

℃Queres in quibus differt log.artificialis a log.Naturali.R.in pluribus,pro notitia quorum ſciendum.

℃Cognitio quelibet naturalis non modo logicalis, differt a cognitione Artificiali.pri.n.& 2.Eths.cap.pri.4 & 5. Quia cognitio naturalis eſt quedam aptitudo naturalis potentie ad operandum,& non operandum recte,& non recte perfectibilis per actum Artis. Cognitio uero artificialis non eſt potentia ſed habitus in actu perficiens,regulans,actuans potentiam illā ad eſſe quo mediāte operetur ſemper recte:ex his ſecuntur differētie.quarum prima eſt.

Pri: differentia: ℃Quod log.naturalis eſt potentia naturaliter ab ortu nature inſita,logica uero Artificialis eſt habitus illi9 potentie.

2.diffe: ℃Secunda differentia,Quod logica Naturalis eſt indeterminata,quia eſt tam ad recte, quam ad non recte operandum.

3.diff. ℃Tertia differentia eſt,Quod logica naturalis ē a principio naturali intrinſeco cauſata in nobis. logica uero artificialis eſt a principio artificiali, ut puta ab agente attributa,& cauſata 2.phi.co.3.naturalia habent principium intrinſecum,Artificialia extrinſecum.

4.diff. ℃Quarta differentia eſt,quod log.naturalis fit, & generatur ad generationem forme hominis.8.n.phi.55. &.3.celi 25.accidentia propria generantur cum forma, ſed log:naturalis eſt accidens proprium hominis ergo generatur cū forma propria hominis, uti p exemplum de aliis accidentibus,potentia.n.ſenſitiua generaſ cum generatione forme cauſantis ſenſationem,ut dicitur in 2.lib.de anima. ℃Logica uero artificialis generatur ab extrinſeco,continuo uſu exercitatione, & ſtudio.probatur eſemplo:9.met.14,ars citarizandi ab extrinſeco fit,& generatur a continuis actibus non a natura.

5.diff. ℃Quinta differentia eſt,quia logica naturalis eſt cauſa noſtre cognitionis bone,optime,male,& peſſime ut .d.Aue.3.de anima 20.de cognitione naturali qualibet. logica autem Artificialis eſt cauſa bonitatis tantum,& propter hoc dicebat Ar.2.Eth.4. Indigemus doctore in artibus non ut faciant habitus bonos,& malos, Sed excitent bonos,& remoueant malos.loquor.n.de arte, & non de inertia artis ex quo ſumatis unum,quantum ualent Boni doctores,& boni libri.qui faciunt tum uoce,cum ſcriptura acquirere bonos actus.

6.diff. ℃Sexta differentia eſt quod log.naturalis eſt ſine artificiali,& agit ſine cognitione dixtincta ipſius finis ac mediorum pri:Elen.6.Idiota ſyllogizat ſine peritia.2 Eth. 4.& 3.Eth.6.log.autem Artificialis non eſt ſine naturali tamen agit ex fine ſuo preconcepto eligendo ea q faciunt ad finem,& facit,& ducit finem p ea que ſunt cognita.

7.diff. Cā diff: ℃Septima differentia eſt:quam dat Aui.in log.ſua,logica naturalis errando non poteſt ſe remouere,& emēdare ab errore,logica autem Artificialis errando poteſt ſe corrigere,& emendare de illo errore cauſa eſt iſta: quia ad actiones artificiales concurrit natura, & Ars. Natura,ut principium potentiale,Ars uero, ut principium actuale.2 de anima 24:actus eſt primum principium .eſt dominus operis.Potentia uero non: ex quo date cauſam Artifex ſi errat poteſt remouere ſe ab errore,quia habet actū,qui eſt dominus operis, quo mediante poteſt regulare,& corrigere ſuos errores. Naturalis autem cum careat huiuſmodi actu, & domino non poteſt ſe corrigere.

Dubitat. ℃Queres ergo Artifex poteſt errare, & incidere in errorem. Reſpō. ℃Reſpondet Auic.in ſua log. & bene dicens quod ſic.hoc pacto, Perſe errare non poteſt bene tamen per accidens: bona Ar:

℃Queres quomodo per accidens.R. propter Tria impedimenta.Primum eſt quia non habet artem perfectāt Secundum eſt quia ſi habet non utitur ea ſed ſuo ſenſu non curando ſe errare: Tertium propter pigritiam nolentem attendere ad artem,quia difficillima:

℃Queres 2.que iſtarum duarum.ſ. naturalis, & artificialis cognitio log. perfecta: & que nam imperfecta, R.quelibet iſtarū diſtincta,& ſeperata eſt imperfecta: & incompleta,probatur,& primo quod log.Artificialis ſine Naturali eſt incompleta,& imperfecta:

Probatio q log. artificialis ſine naturali ē imperfecta: ℃Semper pars eſt imperfecta pri.celi.2: addatur minor ſed logica artificialis eſt pars logice naturalis, & artificialis,ergo log.Artificialis ſine naturali eſt imperfecta, & incopleta minor de ſe nota:

℃Secundo arguitur: Vbi concurrunt duo, unum ut potentia,aliud ut actus ad eſſe,& operationes rei,ſine utroque res illa eſt imperfecta:ſed log:conſtat ex naturali, ut potentia,ex Artificiali ut actus ergo log:tantum artificialis eſt

ficialis eſt

ficialis eſt imperfecta.

¶ Arguitur illud eſt imperfectum quod eſt ſine eo, ſine quo eſſe non poteſt, ſed log. artificialis eſſe non poteſt ſine naturali, ergo log. artificialis tātum, eſt imperfecta:

¶ Quarto arguitur, illud eſt imperfectum quod eſt ſine eo quod complet, ſed log. Artificialis tantum, eſt ſine naturali, quæ complet, ergo log. artificialis tantum, eſt incompleta, & imperfecta. minor eſt Auer. primo priorum 5. 6. 9. 10. & 12. capitulis. ſyll. artificiales quibus non correſpondet naturalis potentia, non ſunt ſyllogiſtici.

¶ Quinto Arguitur Auth. Auer. & Ari. pri. celi 2. tunc logica, & artes uoluntarie bone, & ueræ ſunt, cum ſecūtur conſtitutionem nature, & opus eius, ergo log. artificialis ſine naturali erit non bona, & non uera, ergo erit imperfecta, & incompleta.

¶ Quod autem log. naturalis ſine artificiali eſt imperfecta, & incompleta probatur primo ſic.

Prima rō ad probādum log: naturalem eſſe imperfectam ſine artificiali. ¶ Si log. naturalis ſine Artificiali eſſet perfecta, ſequeretur quod log. Ariſtotelis eſſet ſuperflua. probatur cōſequentia, quia ultra perfectum nihil eſt, niſi ſuperfluū. & id quod dico de log. artificiali Ar. dico de qualibet Alia arte, & ſcientia.

¶ Secundo arguitur Auth. Ari. primo. & 2. Ethi. capite pri. & pri. de partibus animalium cap. primo. 2. meta. 5 iubet, & precipit tanquam neceſſarium, nos eruditos, & peritos eſſe logica, & regulis ſuis regulantibus potētias in nobis naturales.

¶ Tertio arguitur Auth. eiuſdē pri. Reth. in principio, ubi uult quod regule artis rethorice, & per conſequens aliarum artium ſint neceſſarie, que complent que ſunt in natura.

¶ Quarto arguitur Auth. eiuſdem pri. Elen. cap. 8. ubi dicit idiote incomplete ſyllogizant, quia tantum naturaliter ſyllogizant.

¶ Quinto arguitur Auth. eiuſdem. 2. Elen. ultimo. Artes logice ab antiquis uſitate erant more Artium operis mercenariorum.

¶ Sexto probatur ratione, illud eſt imperfectum, & incompletum, quo erramus in operando, & quando erramus non poſſumus errores corrigere, ſed log. naturalis tantum eſt illa, qua erramus, & errores corrigere non poſſumus, ergo log. Naturalis eſt incompleta, & imperfecta.

Dubitat. ¶ Queres ergo que log. erit completa, & perfecta. R. primo celi. 2 totum idem quod perfectum. tunc dicatur quod log. tota ex naturali, & artificiali eſt perfecta, & completa, & quod operatio log. non eſt niſi naturalis incoata per naturam, & completa per regulas artificiales. de qua logi. Nos in hoc queſito loquimur.

De qua logi. loquimur.

DIXTINCTIO ALIA

.ſ. in logicam utentem, & docentem.

QVERES Tu, diuiditur ne log. tota completa ex naturali, & artificiali, de qua loquimur, in Docentem, & utentem. Reſpondet Thomas 4. met. 5. quod ars demonſtratiua ſolum Docens non utens ē. Topica autem, & Sophiſtica diuiduntur in docentem, & utentem: Probat Thomas utrumque. primo probat quod ars Demonſtr. tantum eſt docens, quia docet demōſtrationes, & ipſis non utitur. ſed ſcientie reales utūtur demonſtrationibus: probat ſecundum. nam Top. & ſophiſtica docent ſyll. Top. & ſophi: & illis utuntur: nō enim artes, & ſcientie utuntur illis ſyll. ſed eſt Top. & ſophiſta que utuntur in artibus, & ſcientiis.

¶ Hec opinio eſt purus error, multipliciter peccat, primo, quia non intelligit precognitiones horum uocabulorum. ſ. de utente, & docente. ſecūdo, quia in ſe eſt falſa. probatur utrūque. — Impugnatio.

¶ Dicit. n. quod logica ſit utēs, male, & imperite dicit, nam non dicitur logica utens, pro uoce actiua hoc eſt quod utatur ſuis inſtrumentis, ſed paſſiue quia artes, & ſcientie utuntur ipſa, atque eius inſtrumentis, quod ſit uerū probatur auth. Ari. pri. Top. cap. pri. dans Ari. uſum logi. dedit paſſiuum. ſ. quod artes, & ſcientie utuntur inſtru. dialecticis.

¶ Secundo arguitur ſicut per ipſum Ars demō. non dicitur utens, quia non utitur demonſtratione, ſed ſunt ſcientie, que utuntur demō. ita Top. & ſophi. neque debent dici utentes. quia artes, & ſcientie utuntur ſyll. Topi. & ſophi. — Aditio Sarneſis.

¶ Tertio arguitur ille artes utuntur ſyll. Top. & ſophi. que conſiderant terminos, & premiſſas, ſeu quarum ſunt proprii termini, & proprie premiſſe, addatur minor ſed artes, & ſcientie reales conſiderant terminos, & propoſitiones ſyllogiſmorum Top. & ſophi. ergo artes, & ſcientie reales ſunt ille, que utuntur ſyll. Top. & ſophi. non ergo eſt Top. neque ſophiſtica: maior uera eſt, quia ſyll. nihil eſt aliud niſi compoſitio terminorum, & premiſſarum, minor probatur quoniam termini, & pmiſſe ſunt reales ſpectant ergo ad ſcientias reales.

¶ Quarto Arguitur, ille artes proprie utuntur ſyll. Topi. & ſophi. quarum eſt proprius finis acquirendus illorum ſyll. ſed finis illorum ſyll. acquiritur ab artibus, & ſcientiis realibus pro ſe ipſis ergo Artes, & ſcientie reales utuntur ſyll. Top. & ſophi. maior probatur, quia eiuſdem artis eſt conſiderare finem, & media ad finem. minor de ſe uera eſt.

¶ Sexto arguitur, illis log. utens utitur que log. docens docet, ſed log. docens non docet niſi terminos 2. intentionis, non docet niſi regulas 2. intellectas, ergo log. utēs non utitur niſi terminis, 2 intentionis, & regulis, 2 intellectis, ex quo ſequitur quod Topica & ſophi. ut partes log. non poſſunt uti ſyll. Top. & Sophi. ſed regulis, 2 intellectis pro ordinandis, & formandis ſyll.

¶ Queres a Diuo Thoma, quare Ars demō. non utitur ſuo inſtr. ſed Top. & Sophi. poteſt uti. R. Diuus Tomas quia inſtr. demonſtr. eſt reale quo ars log. demōſtratiua uti non poteſt. Inſtr. uero Top. & Sophi. eſt intentionale, merito ars log. top. & ſophi: poſſunt uti eo. — Bald.

Contra hanc rationem datam a diuo Tho. arguitur: primo per Ariſto.

¶ Ari. pri. Elenc. cap. 2: clare dixit Diſputator demonſtratiuus eſt ille qui Demō. utitur: Topicus qui utitur Topico. — Ipugnantio.

Topico. Sophi. qui utitur ſophiſtico, ergo nõ maior ratiõ eſt de vtroquam de alio, ꝙ arguitur ratione, in ſciẽtia naturali ſicut ſunt premiſſe probabiles. ex quibus Top. naturalis arguit. ſic etiam ſunt premiſſe uere ex quibus demonſtratiuus argũt. pro. ꝙ. ſi una pars actu ſemper Top. altera uero ſemper demonſtratiua.

Dubitat. Solutio. ℂ Dices que nam eſt rei ueritas, dicatur ꝙ idem artifex eſt ille qui utitur utroque inſtr. demõſtratiuo & Top. ſub ratione tamen qua induitur diuerſo habitu, ſi induitur habitu uero, euadit demonſtrator, ſi induitur probabili uocatur & euadit Topicus.

ℂ Ad tres rationes diui Thome reſpõdeatur. Et primo ad primam quando dixit artem demonſtratiuam non uti de: no 2. R. ꝙ bene uerum eſt ꝙ ars demonſtratiua ut pura log. eſt ꝙ non utitur, tamen Artifex & ſciens demonſtratiuus utitur.

Reſpons. Ad rões ℂ Ad 2. Topica & ſophi. utuntur, R. ꝙ non eſt uerum ut pure logice partes ſunt, ſed mille cũ artibus & ſciẽtiis utuntur & ſic non ſunt ipſe ſed artes & ſcientie induti habitibus illis.

ℂ Ad 3. rationem quando dicebat ideo ars demon. nõ utitur quia non conſiderat realia, uerum eſt de arte demon. ut pura log. ſed ſcientia realis demonſtratiua dicta eſt illa que utitur. & ad id ꝙ dicit, Ars Top. poteſt uti quia conſiderat intentionalia, dicatur falſum eſſe topicum utentem uti intentionalibus, quia Top. utens nõ eſt niſi ſcientia, & ars realis induta habitu illo log. quare ſi utitur realibus regulatis regulis intentionalibus. ſ. logicalibus.

Dubitat. ℂ Dubitares ars, & ſcientia eſt habitus conclusionis demonſtratiue tantum 6. Eth. cap. 7. Ergo artes & ſcientie non utuntur ſyll. To. & ſophi. ſed demon. tantum.

Reſponſ. ℂ R. ꝙ Ars & ſciẽtia poſſunt duobus modis capi. uno modo proprie & ſic ſunt tantum habitus puri & ſimpliciter demonſtratiui, alio modo poſſunt conſiderari communiter pro agregatione omniũ cognitorum, & edoctorum qualibet cognitione, & quolibet inſtr. hoc ſtante dicatur, ꝙ ſciente, & artes primo modo conſiderate uerum eſt ꝙ non utantur niſi demõſt. 2 autem mõ utuntur omni inſtr.

Dubitat. ℂ Dubitabis contra pri. phi. ꝙ artifex proprius non diſputat contra negantes principia ſua. ergo artifex non utitur ſyll. Top.

Reſponſ. ℂ R. ꝙ authoritas Ari. intelligit de artifice ſcientifico proprie dicto. ſ. qui certe tantum demonſtrare. autem nos dicimus ꝙ artifex ſi accidit negari ab alio principia, arguit, ut artifex topicus, non. n. amittit nomen artificis, quamuis amittit nomen artificis proprie dicti.

ℂ Peccat in illo Diuus Tho. (ut dixi de ſcoto) quia uult log. docentem dici ſcientiam, cum potius ſit cognitio tradens notitiã inſtru. nam de ratione ſcientie eſt doceri & non docere. ℂ Vltra peccat quia putat realiter diſtingui logicam docentem ab utente. ꝙ falſum eſt, vt ſupra latius dixi.

ℂ Vlti no errat Tenendo Topicum utentem uti etiam intentionalibus. cum potius vt uidiſtis utitur realibus regulatis tamen per cognitionem artificialem de. intellectu.

ℂ Vera ergo diuiſio logicea eſt, log. duplex quedã doctrinalis Quedam uſualis. dices quid log. doctrinalis. R. eſt cognitio regularum log. acquiſita ab artifice. Dices quid eſt log. uſualis eſt cognitio illarum regularum uſitata atque exercitata.

ℂ Queres hec diuiſio de log. eſt materialis uel formalis. R. ꝙ eſt formalis, eadem. n. log. que doctrina dicitur eadem uſus eſt. differt de. ut uides. Dub. Solutio.

ℂ Queres. a quo ſuit facta hec diuiſio. R. ab Auerr. in prim. Topico. capit. prim. Dubitat: Solutio.

ℂ Probatur etiam ratione quod hec diuiſio ſit perfecta. 2. de anima. 5. & 6. Actus diuiditur in primum & ſecundum. Actus pri. eſt ille quo poſſumus facere, & non facimus, eſt ſcientia qua poſſumus ſcire actu & nõ ſcimus actu. Probatio

ℂ Actus 2. dicitur operatio proueniens ex actu pri. ſ. cognoſcere quod uenit a ſcientia, & actu pri. Quo duplex eſt a ca. 5. ℂ Hoc pacto diuiditur log. in doctrina, cognitionem, ſeu notitiam, & eſt actus pri. & eſt forma, habitus quo poſſumus regulare operationes artiũ Et in uſum, exercitium & operationem & eſt actus 2. actualis regulatus actu primo, & regula, actualiter, ſeu quo nos actualiter regulamus operationes Artium quare diuiſio noſtra de log. eſt optima.

Dubitat. Solutio. ℂ Dices hec log. pro primo actu, ut eſt cognitio, quomodo uocatur ab Auer.

ℂ R. pri. phi. 3. & 7. met. 2. & phi. 70. uocat Auer. inſtr. ſed Ariſt. uocat. 2 met. 15. modum ſciendi.

Dubita. Reſpõſio ℂ Queres an diſtinguantur ſubiecto hec. 5. log. pro primo actu, & log. pro 2. actu. ℂ R. ꝙ non. ratio eſt iſta, quia que ſunt in primo actu cognita, illis utimur in 2. actu. ℂ Ex quo patet Error dicentium log. uſualem differe ſubiecto ab ipſa docente probant hunc errorem, quia multi ſunt idiote qui utuntur log. tamen doctrinam, & cognitionem log. non habent. ergo uſus log. poteſt ſeperari a doctrina, quare ſequitur ꝙ differunt ſubiecto & re.

Error aliquor. ℂ Sed iſti errant, & ratio eorum nulla eſt. ꝙ errẽt probatur. Finis proprius, & operatio propria non poteſt ſeperari ab eo cuius eſt finis & operatio, modo cum uſus log. doctrinalis ſit eius proprius finis, ac propria operatio, ſequitur ꝙ nõ põt ſeperari ab ea log. doctri.

ℂ Ad rationem. R. 2. pri. reth. cap. pri. uſus log. ſine cognitione & uſus Reth. ſine cognitione, non eſt uſus artificialis ſed idiotarum, nos loquimur de uſu artificiali qui ſupponit cognitionem, & de hoc dicimus quod nõ poteſt ſeperari.

Aditio Sarnenſis ℂ Vel ego dicerem, quod nunquam uſus poteſt ſeperari a cognitione. nam ſi eſt uſus naturalis non ſeperatur a cognitione naturali, ſi eſt uſus Artificialis non ſeperatur a cognitione artificiali. quia qualis uſus talis eſt res cuius eſt uſus. tunc ad rationem dicatur ꝙ idiote ſi utũtur log. habent etiam cognitionẽ ſ. Naturalem, a qua uſus eorum non ſeperatur.

ℂ Vltimo queres de qua log. loquitur. R. utroque modo tum de log. pro primo actu, ſ. in alud eſt tum cognitio. tũ de log. pro 2. actu. ſ. uſu & operatio eius. Bal.

PRIMA CONCLVSIO QVOD
Log. non ſit Scientia.

LOGICA Siue pro cognitione, & doctrina accipiatur, ſiue pro uſu & exercitio eius, uel mali dixit pro docente & utente; nullo pacto eſt uera & propria ſcientia. que concluſio probatur pluribus mediis.

Rō prima. ¶ Illa cognitio non eſt ſcientia, que non acquiritur demonſtratione & definitione pri. poſt. 8. 6. Eth. cap. de ſcientia. ſed log. cognitio non acquiritur demōſtratione, neque definitione. ergo log. cognitio non eſt ſcientia. minor eſt Ari. pri. top. cap. pri. ubi ponēs inſtr. proprium quo log. acquiritur. dixit volo ais ratione. figurali, i. inſtrumento non demonſtratiuo, neque definitiuo. ¶ Queres quid eſt ratio figuralis. R. Auer. pri. ſeḱ. 2. eth. 2. Rationes figurales ſunt rationes groſſe ut exemplum, & inductio, & aliæ rationes Rethoricæ & topice.

Dubitū. Solutio.

2. ratio. ¶ 2. Arguitur, illa cognitio eſt ſcientia, que eſt rerum realium, Naturalium, extra animam, per demonſtrationem acquiſita. 2. eth. 4. & 5. Sed log. non eſt cognitio rerum realium, exiſtētium extra animam, ac naturaliū, ergo log. non eſt ſcientia. minor eſt Auer. 4. met. 2. & in epit. log. cap. de rebus communibus formationis ac verificationis ſimpliciter. immo minor eſt cōceſſa ab oībus.

3. ratio. ¶ 3. Arguitur, 2. Eth. 4. & 5. dixit Ari. ſcientia eſt rerum neceſſariarum que ſemper ſunt uel in maiori parte, idem pri. poſt. 65. Huic pro maiori addo minorem ſed log. non eſt eorum que neceſſaria ſunt tanquam ſemper uera, uel in maiori parte, ergo log. nō eſt ſcientia. Minor probatur, prius tamen Not. quemodo regule morales non ſunt neceſſarie, quia non ſemper, neque in maiori parte, ſed variabiles ſunt. ſumatur per exemplum hec regula. Bonum eſſe non eijcere diuitias. Hec regula moralis non eſt uniuerſaliter neceſſaria. nec in maiori parte ſed uariatur a ueritate ſua Tripliciter. ſ. loco, tempore, & induiduo, loco, ut quia in mari ubi tempeſtas, diuitie ut merces ſunt eiicende. Tempore ut in bello, nam tempore belli ſpernuntur diuitie, ſed cura tantum eſt de uita. Induiduo uti latroni dāde ſunt merces, diuitie. Timore mortis.

Exempla de logica. ¶ Eodem pacto ſunt regule log. non ſunt regule logicales uniuerſaliter ſemper uere, ſeu in maiori pte neceſſarie. ſed mutabiles, Ratione rerum, ratione adiſcentium. ac ratione ſcientiarum, do exemplum. eſt regula logicalis Definitionem conſtare tantum ex genere, & differentia ſine materia. Hec regula mutatur ac uariatur. Primo uariatur a ſua ueritate uariatione Artium & ſcientiarū ut d. Ari. 6. met. 2. 3. phi. 48. nam in ſcientia Met. erit uera. in Naturali erit falſa quia naturalis definit cum materia ſenſibili. In mat. etiam falſa quia mathematicus definit cum materia intelligibili. 2. diuerſificatur, & uariatur ad diuerſitatem rerum in arte, conſideratarum. v. g. res uere definita erit accidens, & hec definitur cum materia. res alia in eadem arte erit ſubſtantia que definitur ſine materia. Tertio uariatur regula aliqua logic. ratione Adiſcentis, ut puta res ignota naturaliter regula eſt log. quod ſciātur per demō. tamen nō eſt uniuerſaliter uera quia ratione male adiſcentis debet notificari exemplis, & inſtrumentis groſſis: ut. d. Au. 2. met. 15. Exemplum de alia regula. d. Ari. quod premiſſe per ſe note, non debēt probari, & notificari ſed credi. pri. poſt. 15. & 16. hec tamen regula eſt falſa ratione male adiſcentis, quia caret optima natura, uel quia ē male aſſuetus. 2. phi. 6. quia eſt notificanda. 2. exēplū.

Tertium exempli. ¶ Tertium exemplum eſt de alia regula logicali. pri. poſte. 7. ſcire eſt cognoſcere rem per cauſam. tamen hec regula eſt mutabilis & uariabilis. probatur, dantur propoſitiones ſcite que prime ſunt, ac immediate, non per cauſam cognite pri. poſte. 10. & Notate quod hoc nō ſolum repetitur in his regulis ſed repetitur in omnibus aliis regulis logicalibus.

4. ratio. ¶ Quarto arguitur, ſcientia, eſt cognitio per demonſtrationem de ignoto naturaliter pri. phi. tex. 4. ſed in log. non datur ignotum naturaliter ergo log. non ē ſciētia. minor probatur, que facit ars ſunt nota arti, que facit intellectus ſunt nota intellectui, que nos facimus ſūt nota nobis. Auer pri. phi. 3. ſed nos facimus ſecunda intellecta que conſiderat log. ergo que conſiderat log. ſūt nota nobis ergo non ignota naturaliter: minor eſt Au. 4. met. 2. in ep. log. loco ſupra citato.

Aditio Sarnenſis. ¶ Diceret aliquis quod nos non facimus ſecunda intellecta ſed ſunt Ari. qui fecit ipſa. quare ei ſuere nota. nobis autem ſunt ignota. quare poſſunt ſciri per demonſtrationem.

Reſponſ. ¶ Reſponſio iſta eſt falſa. probatur, pro notitia ſciendū quod differt dicere ignotum naturaliter, & ignotū quo ad adiſcentem, ſeu quo ad hominem. Nam ignotū naturaliter eſt illud quod per ſe ignotum eſt. ignotum autem quo ad adiſcentem & hominem eſt id quod de ſe eſt notum ob malam naturam adiſcentis ſit ignotū. Demonſtratio dirigitur ad ignotum per ſe, tunc arguitur contra reſponſionem. illud ignotum ſcitur per demonſtr. quod eſt per ſe ignotum ſed per reſponſionē datam que ſunt in logic. ſunt ignota quo ad homines hos uel illos. ergo illa non ſciuntur per demonſtra. quare Reſponſio non ſoluit Argumentum Balduini.

Bald. 5. ratio. ¶ 5 Arguitur argumento Scoti. Modus ſciendi non ē ſcientia. ſed log. eſt modus ſciendi, ergo log. non ē ſcientia. major de ſe uera, minor eſt Ari. 2. met. 4

Reſpōſio aliorum. ¶ Reſpondent quidam ad hanc rationem, quod quando dixit Ari. quod log. eſt modus ſciendi, accepit log. materialiter non formaliter, ac ſi diceret Ari. logica res edocet, & declarat in ipſa ſunt modi, & inſtr. ſciendi. formaliter autem eſt ſcientia quia eſt cognitio illorū Inſtrumentorum. quare concludunt quod uocare logicam modum ſciendi eſt dictum per accidens non per ſe primo. uocare autem ſcientiam eſt per ſe primo, & predicatum ei eſſentiale. q̄ ē p̄di. formale.

Cōfutat. ¶ Cōtra hāc reſpōſionē malā immo peſſimā Arguitur. Nullū materiale p̄dicat̃ indirecto de eo cuius ē male. 4. met. 34. ſed ꝑ ipos, mod9 ſciēdi p̄dicās nō poṫ p̄dicari materialiter ſed ſi p̄dicat̃, nō p̄dicat̃ niſi formaliter. De rōne. n. materie ē ſubici pri. phi. 60. & 63. 2. argui. ꝓbādo ꝙ mod9 ſciēdi p̄dicatur per ſe immo formaliter d̄ log. pr. auth. Ar. pr. to. pr. fi. ci. 3. notificāda

log.

log. que docet. i. que cognitio eſt inſtrumentorum, dixit quod erat uia, modus, organum.

℃ Vltra probatur ratione his qui non credunt his authoritatibus: illud quod ponitur in definitione logic. docentis (que cognitio eſt) illud predicatur de log. docente ex cognitione formaliter. Sed modus ſciendi ponitur in def. log. doctrinalis ſeu (ut ipſi dicunt) docentis ergo modus ſciendi primo & per ſe, ac formaliter predicatur de log: docente, ſeu de cognitione inſtrumentorum: maior Ari. primo poſte. 30, minor probatur quia aliter non poteſt (ut ſupra etiam dixi) definiri logica

Alia Impugna- ℃ Vltra illa reſponſio eſt contra Ari. in 2. met: 15, nã ibi Ariſt. per logicam intellexit doctrinam inſtrumentorum: probatur nam dixit quod erat impoſſibile acquirere modum ſciendi, quo acquiritur cognitio rei, ergo quando dicebat Ariſto: acquirere modum ſciendi intelligebat ſic quod erat impoſſibile acquirere modum. i. logicam doctrinalem que eſt cognitio ſuorum inſtrumentorum:

Alia impugnatio ℃ Vltra illa reſponſio peccat putando per modum ſciendi intellexiſſe Ari: inſtrumenta uniuerſaliter logicalia. cum ibi intellexit peritiam, ac qualitatem, ſeu habitum miſtum, ex cognitione log: communiter, & curuſlibet artis proprie, quam rem abunde dixi in Noſtro queſito de peritia artis ſuper prolog: Mag: co. Auer. quare patet quod reſponſio ſit nulla.

6. ratio. ℃ Sexto arguitur pro principali. ſcientia eſt cognitio entis perfecti. Sed 2. intellecta de quibus eſt log. ſunt entia imperfecta ergo logic. non eſt ſcientia. maior eſt uera cum ſcientia ſit cognitio perfectiſſima & per conſequens ſub. perfectiſſimi. minor eſt Ari. 6. met. ultimo entia in anima ut ſunt 2. intellecta ſunt entia per accidens ac imperfecta.

7. ratio. ℃ Septimo arguitur, ſcientia eſt cognitio definitiua perfecta. addatur minor, Sed logic. non eſt cognitio definitiua perfecta, ergo log. non eſt ſcientia. Maior eſt de ſe uera, cum def. faciat ſcientiam perfectiſſimam. minor probatur. Definitio perfecta eſt entis extra animam perfecti & non per accidens dicti. Auerr. primo poſt. 32. modo ſecundo intellecta ſunt entia imperfecta ac in anima, merito non habent ueras definitiones. ℃ Et quod hoc ſit uerum probatur auth. omnium expoſitorum dicentium in log. non dari niſi deſcriptiones. quas Porphi: uocauit aſſignationes, Ari. in principi. declarationes figurales. Vltra probatur ratione. pri. perie. cap. pri. que ſunt in anima uocantur ſimilitudines eorum que ſunt extra animam. ſupponatur aliud quia 2. intellecta ſunt entia in anima. his ſtãtibus arguo, qualis res definienda, talis eſt eius def. 6. top. per totũ, ſed que cõſiderat log. ſunt entia ſimilitudinaria, ergo habẽt def. ſimilitudinarias, minor eſt ſupradicta per. 2. ſuppoſitum.

8. ratio ℃ Octauo arguitur 6. met. 2. diuidendo ſciẽtias Ari. per ſe, & proprie dictas, dixit quod erant Tres. ſ. Met. mathe. & Natur. inter quas nõ numerat it log. quare log. nõ eſt ſcientia proprie & per ſe dicta. qui reſpõdet ad hanc rationem, non poteſt aliud dicere niſi quod log. ſit ſciẽtia communiter, & abuſiue, quod nobis non inconuenit.

SECVNDA CONCLVSIO
Quod log. non ſit Ars.

SECVNDA Concluſio a nobis probanda eſt iſta quod log. non ſit Ars proprie dicta. que concluſio quia cum difficultate probatur, ideo plura ſunt ſupponenda ac declaranda. Quorum pri. eſt.

℃ Sexto eth. 1. ars Diuiditur in actiuam cuius finis eſt actio, & in factiuam cuius finis eſt factio. Primum notandũ

℃ Secundo notandum eſt quod ars eſt illorum quorũ principium eſt uoluntas 6. eth. 5. 2. notan.

℃ Tertio notandum eſt. an artes dixtinguantur ab obiectis tanquam a priori, & a fine, tanquam a poſteriori in quo Scotiſte maxime cum Thomiſtis altercantur, Ad quod R. ſupponendo uerum eſſe Artes dixtingui his duobus modis vt patet per Aue. pri. poſt. 179. Ari. pri. poſt. 59. pri. de anima pri. Auer. in ep. log. cap. de modo conſitiendi Demõ. & def. quam rem in queſito noſtro de diuiſione philoſophie abunde dixi. Dicatur ergo ad principale, quod artes diſtinguũtur per obiecta tanquam a priori, & a cauſa. Dixtinguntur per fines tanquam a poſteriori & cauſato. Vtrunque probatur cum Ratione, tum auth. 3. notan. in quo altercantur cum Sco.

prima rõ ℃ Ille artes diſtinguũt ab eo quod ẽ prius. que dixtinguntur ab eo quod ẽ cã pri. poſte. 1. prius dicitur quia cauſa. Addatur minor, ſed artes dixtinguntur ab eorũ obiectis tanquam cauſis illarum artium ergo dixtinguũtur per obiecta tanquam a priori. minor ẽ Ari. 12. met. 5 ultra ſubiectum eſt cauſa accidentium, modo ars ẽ accidens, obiectum eſt eius ſubiectum ergo cauſa artis ẽ eius proprium obiectum.

2. ratio. ℃ Secundo ille artes dixtinguntur a poſteriori que dixtinguntur a cauſato, ſed finis eſt quid in arte cauſatum ergo artes que dixtinguntur fine, dixtinguntur a poſteriori. maior de ſe uera, minor probatur nã finis eſt id, quod reſultat, quare eſt quid cauſatũ, ultra finis ẽ effectus proprius artis.

3. ratio. ℃ Vtrunque probatur alia ratione, finis eſt accidens ipſi obiecto conſiderato in arte. ergo ars dixtincta per obiectum eſt dixtincta a priori, & dixtincta a fine, eſt dixtincta a poſteriori. probatur conſequentia. quia ſemper accidens eſt poſterius ſuo ſubiecto, ſed ut dictum eſt, finis ẽ accidens ipſi obiecto quod idem ẽ quod ſubiectum ergo finis ẽ poſterior. obiectum autem prius.

Dubitat: ℃ Queres an vtraque dixtinctio ẽ pfecta, & artificialis

Reſponſ: R. quod ſic probat, nam quẽadmodũ inſtr. demõſtratiua artiũ, & ſcientiarũ artificialiter dixtinguũtur ab eorũ mediis. vti demõ. propter quid cuius medium eſt prius, dixtinguitur a demõ. quia cuius medium ẽ poſterius. pri. poſt. 95. 96. 97.

℃ Vltra quod artes & ſcie diſtinguãt ab obiectis, & a fine, pbatur auth. ad mẽtem Ar. pri. Top. 3. diſtinguit artes a fine 2, met. 3: Tamẽ 6, met. 2 6. eth. 4, dixtinguit artes ab obiecto. Exempla de his: quod artes dixtiguãtur ſecundũ obiecta

Ars in cõi dixtinguit in tres pteſ. ſpeculatiuã practicã & organicã; quia cõ: qa Tria obiecta gñre dixtincta. tres

 finẽs

fines genere diſtincti. Si.n.res ſcita dicitur eſſe res cuius eſt principium intrinſecum,& eſſe ſui,& operis ſui,ut Naturale.ſ.phi.ſ.ens factum a natura,ſic eſt genus Artium ꝙ uocatur ſcientia.6.Eth.4.ea rõne quia ſcientia eſt de impoſſibilibus aliter ſe habere,pri.poſt.ſ.a.ſ.Sed entia a natura ſunt impoſſibilia aliter ſe habere ergo de entibus naturalibus eſt ſcientia, & Hec ars de tali ente.ſ.nature.6.Met.pri.& pri.Top.cap.3.uocatur ſpeculatiua a fine ſuo proprio.quia finis ſuus proprius eſt tantum ſpeculatio.eſt tantum cognitio rei.ut metaphi.quam deſideramus non propter opus,non propter eruditionem ſeu adminiculationem.& iõ accipit nomen ſapientie.Dixi uobis in pri.de anima pri.uocatur ſcientia bonorum honorabilium,quia ſolum cognoſcit ea que ſunt bona,ac honorabilia deſiderata ſciri propter ſe,non propter aliud,pri.Eth.ſ.ſapientia eſt ſcientia ſpeculatiua cuius ſub.quod conſiderat eſt ens naturale ſempiternum ad hunc finem.ſ.cognitionem tantum.

2. genus. ¶ Secundum genus entium,quod cauſatur & principium ſui eſt uoluntas ipſa.de iſto quia non eſt ſempiternum,nec uniuerſaliter,non eſt ſcientia tamen de eo eſt habitus,qui uocatur Ars 6.Eth.5.6.met.pri.2.met.3.uocatur talis ars,operatiua,Practica a fine ſuo proprio.ſ.operatio.gre.e Praxis.

3. genus. ¶ Tertium genus entium eſt illud ꝙ non eſt factum a natura,ut ſic ſit reale & extra animam,non eſt factum a uolunꝯtate,ut ſit operabile.ſed eſt inuentum a mente & intellectu.6.met.ultimo,de iſto conſiderat log.que latine uocatur rationalis,quia eſt de obiecto regulante artẽ ſecundum rationem,uocatur organica,adminiculatiua a fine proprio quia non intendit principaliter cognitionem,& doctrinã ſed uſum,& adminiculationẽ. His declaratis poſſumus pluribus medijs probare log. non eſſe vere,proprie,ac uniuoce Artẽ.

Rationes probãtes log. nõ eẽ Artem. Illa eſt ars proprie,& uniuoce dicta cuius obiectum eſt ens cauſatum a uoluntate,ſed log.non eſt cognitio entis cauſati a uoluntate,ergo log.non eſt proprie,& uniuoce ars,maior,& minor patent per ea que ſupra dixi.

2. ratio. ¶ Secundo Arguitur,illa cognitio eſt ars que factiua dicitur cuius finis eſt factio.Sed log.non eſt factiua,cuius finis ſit factio,ergo log.non eſt ars.ratio hec etiam patet per ea que dixi.

3. ratio ¶ Tertio Arguitur,illa cognitio non eſt ars que non cauſatur a principio Artis. Sed log.nõ cauſatur a principio artis,merito log.non eſt ars.maior de ſe uera cũ per principia artes,& ſcientie diſtinguantur pri.poſt.cap.de tranſgreſſu.& in ep.log.cap.de qualitate conficiẽdi Demõ.& De.i.minor patet per ea que dixi ſup.

4. ratio. ¶ 4.Arguitur illa cognitio eſt Ars cuius finis eſt opus.ſed finis log.non opus.ſed adminiculatio,ergo log.non eſt ars.ut primo top.d.Ari.

5. ratio. ¶ 5.arguitur modus Artis non eſt ars,addatur minor,ſed log.eſt modus artis ergo non eſt ars.maior de ſe nota.minor eſt Ari.p.ii.Top.cap.3.

6. ratio. ¶ 6.Et ultimo Arguitur,ſi log.eſſet ars,uel eſſet operatiua uel ſpeculatiua,non operatiua,quia non eſt mechanica.non ſpeculatiua quia eſſet ſcientia,& ſi ſic eẽt Ari.6.met.1.in diuiſione Artium ſpeculatiuarum appoſuiſſet,Sed non appoſuit,ſignum eſt ꝙ nõ ſit ſciẽtia.

## TERTIA CONCLVSIO QVOD Log. Non ſit Inſtrumentum,ſeu modus.

INTER alias concluſiones ueras,quas inſerere in hoc queſito uolumus eſt hec tertia in ordine.ſ.ꝙ logica non ſit dicenda uere ſimpliciter, ac uniuoce inſtrumentum,neque modus.quam concluſionem his rationibus probo.

prima rõ. ¶ Primo arguitur,quemadmodum ſcientia naturalis non uocatur res,ſeu ens,aut natura,quod eſt eius ſub. Ita neque log.debet uocari modus ſeu inſtrumentum. Probatur ſequela.quia modus,& inſtr.eſt ſuum ſubiectum,ſeu ut rectius dicam pars ſui ſubiecti,& 2.intellecta altera pars ſubiecti.

Aditio Sarnenſis ¶ Reſpondeut quidam.quod quamuis ſcientia naturalis non ſumit nomen a ſub.tamen ſumit nomen a modo conſiderandi ſub.ſ.dicitur naturalis, ſic a pari,quod quamuis log.non ſumat nomen a intellectum ſumere poteſt nomen a modo conſiderandi.ſ.ꝙ dicatur inſtr.& modus.

Impugna. ¶ Pro impugnatione huius reſponſionis ſciendum,ꝙ quodlibet habet duo,quorum unum eſt nomen generis habet aliud.ſ.nomen diffe. ¶ Secundo ſciendum quod nomina generis de cognitionibus.hec ſunt: Ars ſcientia Intellectus. Prudentia.Et ſapientia, ut.d. Ari.6.Eth.cap.1.

3. ſciendũ ¶ 3.ſciendum quod nomina differentie ſunt hec.operatiua,ſpeculatiua,intellectiua,contemplatiua,ac electiua.ultimo adminiculatiua.his ſtantibus arguatur,modus & inſtr.ſunt nomina diff.ergo log. non poteſt ſumere nomen ab his.ſ.de nomine generis,& hoc pacto loquebatur Bal.

2. ratio ¶ 2 Arguitur nomen abſtractum differentie non poteſt tribui alicui cognitioni,ſed modus,ac inſtru. ſunt nomina abſtracta ergo non poſſunt tribui log. Sed bene in concreto,poſſumus dicere log.eſt inſtrumẽtalis,modificatiua,et adminiculatrix,ſeu adminiculatiua.Probatur a ſimili ſicut ſcientia naturalis non uocatur natura ab Abſtracto, ſed Naturalis in concreto, ſic loquitur Bal.quando dixit log.non poſſe dici Inſt.& modum.hoc eſt predicatione nominis abſtracti,bene predicatione nominis denominatiui,& concreti.

3. ratio ¶ 3 Arguitur,in pred.cap.de demon: & cap.de ſub. Abſtractum non predicatur neque facit denominationem,exemplum non poſſumus dicere,Homo eſt albedo,Sed modus,& inſtr.ſunt nomina abſtracta ergo nõ poſſunt predicari de log.

2. ratio principalis. ¶ Secũdo arguitur ad principale,ſi log.eſſet inſtr.ſciẽdi,uel eſſet reſpectu eorum que docet,uel eſt reſpectu Artium,non reſpectu eorum que docet.quia potius dicitur doctrina cum doceat,Non reſpectu artium,quia inſt.artiũ ſunt def.& demõ.ut clare Au.millies dixit.

3. ratio ¶ Tertio arguitur,cognitio rei non eſt res illa,addatur minor ſed log.eſt cognitio inſtrumenti,ac modi ſciendi ergo log.non eſt inſtr.nec nullus modus.minor eſt

uera

uera cum log. non doceat niſi inſtr. & modos quibus
mediantibus ſcimus.
4. ratio ¶ 4. arguitur. differentia nominis unius ab alio non ē
principa- nomen illius. ſed modus, & inſtr. ſunt differentie q i-
lis. bus log. ab aliis diſtinguitur cognitionibus ergo mo-
dus. ac inſtr. non uocatur log. maior probatur exemplo
vt puta uiuum & mortuum ſunt differentie huius no-
minis homo tamen non propter hoc petrus uocabitur
uiuus nomine ſuo ſed homo, additur. n. uiuus grā dif
ferentie. minor pa et ex Ari. pri. Top. cap. 3.
Cõcluſio. ¶ Concludatur ergo quod proprie, uniuoce, ac nomi-
ne ſuo, aut denominatiue log. non uocatur modus uel
inſtr. ſed ſi dicenda nomine differentiali, uocetur deno
minatiue, inſtrumentalis, & modificatiua.

QVARTA CONCLVSIO VERA, ET
Tenenda quod log. uocetur cognitio in-
ſtrumentalis.

4. cõclu. QVANTA Concluſio remanet a nobis pro-
banda. ſ. logicam uocari ſuo proprio & pecu-
liari nomine cognitio Inſtrumentalis. que cõcluſio pro
batur pluribus medus primo ſic.
prima rõ ¶ illud eſt nomen proprium alicuius ſecundum quod
illud diffinitur, Sed log. diffinitur per cognitionem in-
ſtrumentalem ergo cognitio inſtrumentalis eſt nomen
proprium log. maior eſt nota ex notitia vniuocorum.
minor probatur. diffinitio datur per genus & diff. 6.
top. cap. pri. 2. poſt. cap. 16. & 19. Sed cognitio eſt ge-
nus & inſtrumentalis eſt differentia logic. ergo logic.
per cognitionem inſtrumentalem deffinitur.
2. ratio. ¶ Secundo arguitur log. eſt operatio facta ab intelle-
ctu ergo cognitio, non ſcientifica ergo non ſcientia nõ
factiua ergo non Ars. Sed adiuuans hec, ergo inſtrumē
talis. omnia hec patent per ea que dixi ſupra.
3. ratio ¶ 3. arguitur Autho. Ari. 5. cap. pri. Top. ubi dicit ꝙ
queſita & res log. non inquiruntur ut cognoſcantur tā
tum ſed ut adminiculentur ergo log. debet uocari co-
gnitio inſtrumentalis probatur conſequentia a ſub:
artis, & cognitionis ſumitur nomen.
4. ratio ¶ 4. & ultimo eo modo & nomine aliquod inſcribitur
quo per ſe talis Sed log. non per ſe cognitio artifi-
cialis non per ſe cognitio ſciētialis ergo non uocatur
ars nec ſcientia. Sed per ſe dicitur adminiculans catē
ergo log. nomine ſpeciali, & eſſentiali uocatur cogni-
tio inſtrumentalis. uel dicas adminiculatiua. uel modifi
catiua.

DVBITATIONES SOLVENDE, AC
inſtantie multe.

Dub. DVBITARET aliquis ſi log. eſt cognitio inſtru
mentalis quo modo artes, & ſcientie utuntur his
Inſtrumentis que ipſa docet.
Solutio ¶ Reſpondetur quod artes diuerſo modo utuntur in-
ſtru. logicalibus hoc pacto accipiendo regulas declara-
tas in log. de inſtrumentis accomodando rebus quas no
tificāt, & per quas notificāt, & de quibus notificāt. exē
plum. ecce hec regula edocta in log. ſyll. perfectus con-
cludens debet conſtare ex tribus terminis, uno pro ma
iori. 2. pro minori, 3. pro medio. cum ars medicina uo-
lens docere per ſyll. aliquid, ſumit uelle accipere tres
terminos ut puta egrotum, & ſanabilem. euacuationē.
quare utendo inſtr. edocto in log. arguit docendo, &
notificando ita. poſita euacuatione ponitur ſanitas, ſed
egrotus fecit euacuationem, ergo egrotus ſanatur, qua
re hoc modo, idem eſt dicere artes uti inſtrumētis log.
ac facere inſtr. ſecundū modum edoctū de illis in log.
¶ Secundo modo artes utuntur inſtrumentis log quia 2. modus
ad contradicentes non fuiſſe recte uſitata inſtr. ſumunt
artes, & ſcientie regulas inſtr. edoctas in log ad ou an-
dum. ut dicit Ar. 2. poſt. tex. 27. quare intelligatis ita in
ſumma, quod artes utuntur inſtr. log. i. ordinant ſua in
ſtr. quibus aliquid notificant, ſecundum regulas illorū
inſtr edoctas in log. applicando rebus ſuis, & ſic ad oui
andum etiam.
¶ Dices quare diuerſo modo. R. propter duo. Primo Dubitat.
quia res cõſidrate in artibus diuerſificātur, ideo inſtr.
applicata diuerſificantur. Secundo. quia non eiſdē Solutio.
inſtr. omnes ſcientie & artes utuntur, non. n. quelibet
ſcientia utitur demõ. ſimpliciter, neque demonſtr. quia
neque propter quid. pri. eth. 2. 2. eth. pr.
¶ Secundo queres an utatur inſtrumentis ſuis que do- Petitio.
cet reſpondetur quod non probatur multis exemplis Reſponſ.
ac rationibus, cum Auth. Ari.
¶ Secundo eth. 3. & 4. Ars moralis docet regulas qui Primum.
bus uti debent ciues in ciuitate, ipſa tamen non utitur exemplū.
eis. ſed. ſunt ciues qui illis utuntur ſic ergo log.
¶ Primo eth. 9. regule morales docentur non ut mora 2. exēplū.
lis ars utatur ſed ad ciues qui uti debent. Vltra medi-
cina docet canones non docendo illos utitur, neque do
cet vt utatur, ſed ut infirmi utantur illis ad valetudinē
acquirendā. ¶ Quarto arguitur ēt per exēplū ſicut naui 4. ratio.
fira facit naues non utitur ſed naute illis nauibus utun
tur ſic log. faciens inſtr. non utitur ſed ſcientie & artes
vtuntur: ¶ Poteſt etiam probari ratione Alia rõ.
ꝙ log. non utatur ſuis inſtr. vt arguatur ita, eo modo
quo log. docet illa inſtr. eo modo uſitanda ſed docet
log. ut artes utantur, & nō vt ipſa. ergo ſic vſitāda qua
re log. non vtetur illis inſtr.
¶ Secundo arguatur ſi log. doceret inſtr. & vteretur 2. ratio.
ſequeretur quod uteretur inſtrumentis prius edoctis.
conſequens abſurdum, ergo antecedens, probatur con
ſequens quia ſi uteretur ante edoctis uteretur ignotis:
quod quantum ſit malum conſiderate uos:
¶ Tertio arguitur, ſi log. uteretur inſtr. & doceret, ſe- 3. ratio.
queretur quod eſſet impoſſibile acquirere ipſam. pro
batur conſequentia 2. meth. 15. impoſſibile eſt acqui-
rere ſcientiam & modum ſciendi. ſed ſi log. uteretur il
lis inſtr. eſſet ſcientia inquantum docet illa inſtr. uo-
catur modus. ſed cõſequēs ē abſurdū, ergo antecedens.
¶ Poteſt ultimo probari auth: Ar. pri. Top. cap. 3. ubi vltima rõ
. d. ꝙ log. eſt adminiculans nō ad ſe, ſed ad artes & ſciē
tias. quare ſequitur quod non utatur ſuis inſtrumentis.

Tertia

## TERTIA DVBITATIO.

TERTIO queres (ſi ipſa log. non utitur ſuis inſtr. ſed ſunt artes que utũtur illis. neque eodẽ modo) Da mihi exẽplũ quõ fiat hoc. Dicatur hoc pacto:

Primum exemplo. ℭ Secundo poli. cap. 2. & 3. non omnes ciues utuntur eiſdem regulis: quia Aliis utuntur principes, aliis pretores, aliis ſubditi. & ſerui. ita eſt de artibus & ſcientiis: non eiſdem regulis log. utentibus.

2. exẽplũ. ℭ Vltra ſicut Egroti non eiſdem medicamentis utuntur, ſecundum diuerſitatem morbi, ut Ait Hip. & Gale. quia alii ſunt cholerici, alii flegmatici, ita de artibus & ſcientiis erit non utẽtibus eiſdem regulis logicalibus:

## QVARTA DVBITATIO.

Dubitat. QVARTO queres, ſi artes non eiſdem regulis & inſtrumentis logicalibus utuntur, a quo habitu & cognitione ſumet proprium inſtr. unaqueque illarum artium, & ſcientiarum, cum log. doceat illas regulas, & illa inſtr. communiter & uniuerſaliter.

Reſpons. ℭ R. quod eſt log. miſta, habitus miſtus, qualitas quedã que fit in procemio cuiuslibet artis & doctrine ut dixi in ſpeciali noſtro queſito de peritia artis: Do exemplũ.

Cõfirma. ℭ Secundo poli. Ethica eſt illa que regulas omnium docet, & manifeſtat ut puta Principum, pretorum, ciuium nobiliſſimorum, & ſeruorum. Politica tamen ẽ illa que iubet quas leges proprias precipui ciues ſeruare debent. iſta politica eſt ars miſta ex arte que cognoſcit qualitatem, & quantitatem ciuium. & ex arte illa conſiderante qualitatem, & quantitatem regularũ utendarum. que ſic miſta tribuit cuibus proprias regulas. Proprios mores, proprias leges, & iſto modo ciuitas bene ſe habet, aliter caderet in cõfuſionẽ. ita ẽ de logi.

Cõfirma. ℭ Vltra. primo. & 2. eth. 2. 2. metha. 15. non quelibet ars utitur quolibet inſtru. nec in eadem arte quelibet res quodlibet inſtr. cõſiderat, ſed ars, & res determinato utitur, oportet ergo dari unam artem que propria inſtrumenta det propriis artibus, & rebus conſiderandis, que eſt ars dominans omnibus artibus. & iſta eſt quam uocabat Auer in pri. de anima co. 8. & 11. domina artium, que eſt ars principalis omnibus, docendo, ordinando illas. & iſta eſt habitus miſtus ex arte cui ẽ applicandum inſtru. & conſiderat qualitatem & quãtitatem artis, & rei cognoſcẽde, habitus miſtus ex log. que cognoſcit qualitatem, & quantitatem regule, applicando. in propoſito propria inſtri. propriis artibus tradendo, (ut habitus phiſicalis mixtus ex logica) Sed primo de partibus animalium capitulo primo uocat Ariſt. peritism & artificem huius Peritum. 2. met. 15. uocat eruditionem, & artificem illius, Eruditum, & in pri. 17. logicam particularem quam rẽ prolixe aperui in proprio queſito (ut dixi)

## QVINTA DVBITATIO

Dubitat. QVINTO Dubitabis ſi artes, & ſcientie ſunt ille que utũtur log. quot modis artes, & ſciẽtie utũtur illa,

Reſpõſio ℭ R. Auc. pri. phi. 35. 7. met. 2. 8. phi. 70, duobus modis. uno modo ut inſtr. hoc eſt regule ſerbate in mente noſtra, ſunt inſtr. ad regulãdas artes & ſcientias & hoc eſt illud quod dicebat Ar. pri. Top. cap. 3. queſita log. ſunt que conſiderata, & cognita, iuuant artibus & ſciẽtiis, iſte uſus eſt tantum, & ſolum. imo proprius logicus, quia cum log. tantum conuertitur & cum nulla alia & ẽ illa que docet eas regulas. cũ ſit ſuus proprius finis

2. modus ℭ Secundo modo artes utuntur log. accipiendo propoſitiones declaratas in log. & utendo illis ut maximis, & maioribus ad ſyllogizandum. do exemplum. in omnibus his locis habetis exempla ab Ar. data. ego tamẽ dabo unum illud pri. phiſic primo uult probare Ar. ſciẽtiam rerum naturalium per cauſas eſſe, hoc pacto ſumit propoſitionem dictam in pri. poſt. 7. quodlibet habens cauſam non ſcitur niſi per illam cauſam, res naturales habent cauſam, ergo non ſciuntur niſi per illam cauſam. iſte modus non eſt proprius ei, quia conuenit aliis artibus, probatur. Metaph. Phiſica, principia docẽt ex quibus ſyllogizant, Alie artes utuntur illis, Matematice docet plurima principia communia quibus ſyllogizando plures Artes utuntur. ut omne totum eſt maius ſua parte. omnis ſcientia ſubalternans docet principia quibus utuntur ſubalternata ad ſyllogizandum, ergo iſte modus non eſt proprius uſus log.

## SEXTA DVBITATIO

Dub. SI Vſus propoſitionum logicalium eſt proprius artibus queres cui arti eſt magis proprius, & cui non.

Solutio ℭ R. Auer. in locis dictis proprior eſt metaphy. probat Auer, quia ſcientia communis primo & per ſe utitur propoſitionibus communibus ut ſunt logicales, ſed metaphi. eſt ſcientia communis. 4. met. pri. pri. met, cap. 2. ergo uſus propoſitionum log. eſt magis proprius meta. Alie artes quia ſunt particulares Aue. pri. poſt. 70. merito in proprie, & per accidens utuntur propoſitionibus comunibus logicalibus.

## SEPTIMA DVBITATIO

Dubitat. QVERES, Si ens ẽ tribus modis ut ſopra dictũ fuit quare Ar. ponendo distinctionem ſcientiarum, 6. met. 2. non numerauit log. conſiderantem illud tertium genus entis. nec. 6. eti. cap. 4.

Solutio. ℭ R, tamen notandum quod ens dupliciter, quodam perſe, naturaliter & proprie ens ut ſunt decem predicamenta. 5. met. 14. quia ſunt extra animam, & de his tractant artes, & ſcientie. Quodam eſt ens per accidẽs ut ſunt ſecundo intellecta de quibus eſt log.

Reſponſ. ℭ Vltra not. quod Artes & ſcientie conſiderantes entia perſe dicuntur artes & ſcientie per ſe. ars uero ut log. cõſiderat ẽs huius per accidẽs dicitur per accidẽs; ratio, quia cognitio inſequitur rem cognitam. ſtante hoc dicatur quod ideo ibi Ari. non numerauit log. quia eſt cognitio per accidens non perſe, & naturaliter inuenta. ſed propter aliud. cum ibi intendebat diſtinguere artes, & ſcientias proprie dictas.

ℭ Dices